









1728.

1. Berneggerus, Joha Ernestus : *De alimentis, orumque computatione in detractione B. Falciaria, occasione l. 66 ff. ad l. Falci. V.*
- 2<sup>nd</sup> Etymologer, Iacob. Ritter : *De iure triplex*  
2 Sept. 1720 : 1725
3. Fichtnerus, Ioh. Georgius : *Infirmitatis commoda.*
4. Hildebrandus, Henricus : *De iure actionis employ-  
tus; Germaniae annexa.*
5. Hildebrandus, Henricus : *De iuria in magis-  
tratum commissa.*
6. Lincken, Georgius Henricus : *De jure, quo quis  
utiliter in suo. Von dem Recht auf den Seinigen.*
7. Polcke, Iacob. Christian : *De verte palmata.*
8. Schwartzius, Christ. Gottlob : *De iure victoris in eos  
devictorum, incorporatis.*



9<sup>a</sup><sup>c</sup> Schwarzius, Christian Gottlobus : De jure Helven.

2 Saapt. 1726 i 1741

1721.

1. Fichtnerus, Joh. Georgus : Exercitatio circulare  
exhibens meatus ororum pulm.

2. Gerike, Petrus : De stirio novitatis in medicina.

3<sup>a</sup><sup>b</sup> Hildebrandt, Henricus : De vasallagis subjectorum  
non inferente. Loken. Nam non habet.

1 Saapt. 1724 i 1737.

4. Koclerus, Th. David : Historia coricoi puer  
Salutis et reformatiois

5<sup>a</sup><sup>c</sup> Schwarzius, Christian Gottl : De numeranda  
in buritia potestata

6. Schulze, Joh. Heinrich : De mortali academia

*D'Ans distria anatomica specimen I.*



L 63  
5  
**DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> P<sup>V</sup>BLICA  
DE 1720, 4  
JVRISDICTIONE EMPHY-  
TEVSI GERMANIAE  
ANNEXA**

*QVAM*  
**JEHOVA AVXILIANTE  
S<sup>V</sup>B P<sup>R</sup>AESIDIO  
DN. HENRICI HILDEBRANDI**

*JCTI*  
**SERENISS. DVC. PALAT. SOLISBAC.  
NEC NON REIPVBL. NORIC. CONSIL.  
COD. ET JVR. FEVD. PROF. PVBL.**

**PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI  
COLENDI**

*AD DIEM XXII, JVN. M DCCXX.  
ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBJICLET*

**CHRISTOPHORVS THEOPHILVS DILHERR  
DE THVMENBERG.**

---

*ALTORFII,  
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.*

241



Q. D. B. V.

## CAPVT I.

CONTINENS DISCREPANTIAM IN-  
TER EMPHYTEVSIN JVRIS CIVILIS ET GER-  
MANIAE, JVRISDICTIONIS HVIC ANNEXAE  
DEMONSTRATIONEM CVM PRIMIS

JVVANTEM.

## S V M M A R I A.

- I. Comprehendit ingressum, qui varias patrimoniorum in Germania stetentes, & has inter res emphyteuticas re-cenet.
- II. Differentiam emphyteusis civilis & germaniae in genere indigitat, sub monito ex Mevo de non negligendo jure germanico.
- III. Ostendit differentiam (I.) inter utramque emphyteusin ratione inves-  
titure.
- IV. Proponit differentiam (II.) ratione juramenti.
- V. Ostendit differentiam (III.) quoad praefationem gallinae, panis simila-  
tioni, ovorum & calei, sub applica-  
tione Weissat / ex quibus prior, gal-  
lina nempe, plerunque tessera non modo laudem, sed & jurisdictionis esse traditur, imo & differentia ratio-  
ne laudem majoris simul innuitur.
- VI. Adducit differentiam (IV.) ratione
- I.
- laudem minoris, der Lehnsg. Ges  
bühren / Schreib. Schillings  
und Festigungs. Gerechtigkeit.
- VII. Sist differentiam (V.) ratione op-  
pignorationis & hypothecationis sine  
consensu Domini non suscipienda.
- VIII. Proponit differentiam (VI.) ratio-  
ne cuiusdam adscriptiæ qualitatæ,  
quam hodierna emphyteusis quando-  
que pro se habet.
- IX. Continet (VII.) differentiam ratio-  
ne subemphyteuticationis, quam ho-  
dierna emphyteusis admittit, nisi  
patto vel statuto aliud sit diffustum.
- X. Habet differentiam (VIII.) in refu-  
tatione emphyteusos consentientem,  
quam civilis refutavit.
- XI. Tradit (IX.) differentiam, dum in  
hodierna emphyteusi ipse Dominus  
de caducitate cognoscit & jurisdictionem  
plerunque habet, id quod Jesus  
est in civili.

A cordi-



Aria in Germania nostra existere rerum patrimonia, variasque illorum dari qua-  
litates & jura, quæ eadem comitantur, neminem fugere arbitror, cui Patriæ nostræ proprietates & rerum possessio-  
nes perscrutari atque perpendere curæ

cordique est. Ecquem lateant bona jure Feudi possefa, Lehen-Güter, distincta esse à bonis sub Allodii conditione ac liberi dominii jure, Erb-Güter, sine fidelitate vasallitica detentis, quorum utraque sunt vel simpliciter talia vel Landsässica. Quotusquisque juris peritorum ignorat, alia bona esse Salica, Majoratus atque fideicommissis familiarum affecta, Vorstifungen; alia bona esse Cognatica, Reiß-Güter; alia bona Ærarii publici atque fiscalia, Fiscal-Güter; alia Domanialia sive mensalia, Herrschaftliche Domainen und Tafel-Güter; alia bona Cameræ, Cammererey und Stadt-Güter; alia Erschatzica, Erschätzische oder Hof-Güter; alia Dotalitia sive Doaria, Witthums- oder Leib-Gedings-Güter; alia bona Vitalitia, Leib-Renten; alia Precaria, precarey- und canonicat-Güter; alia Censualia à censu vel reservato, vel constituto annuatim solvendo ita nominata, Zins-Güter; alia rusticis pro certa pensione Locata, Läß-Güter; alia Superficiaria, Grund-Güter; alia Libellaria, Meyer-Güter; alia bona Solidorum, Schilling-Güter; alia bona Caduca, Schupff-Güter; alia bona rusticana & hominibus propriis in usum pro certa præstatione servitiorum concessa, sive Cossatica, Dienst- und Cossaten-Güter; alia bona præter mansum rusticum, neben dem Bauren-Hof, ad culturam rusticis usus gratia concessa & indulta, Ros-Hand-Güter; alia annuo censui ultra canonem emphyteuticum ad Dominum emphyteuseos pertinentem, alii Domino, dem Gatter oder After-Herrn solvendo subjecta, Gatter-Güter; alia denique Emphyteuticaria, Erb-Zins-Lehen, vererbte oder Eigen-Güter. Titius in *Jurispr. priv. Rom. German. Lib. II.* cap. I. §. 6. & 7. Schilter. de bon. Laudem. §. 14. Frantz. de Laudem. cap. IX. X. XI. XII. & XIII. per tot. Stryck. in *Exam. Jur. Feud. cap. II. quest. 26. & seqq. Struv. in Syntag. Feudal. cap.*

*cap. II. §. 10. Wurffb. de diff. Jur. Civil. & Noric. class. I. membr.  
2. §. 77. nec non in addit. p. m. 120. & p. m. 275. Horum  
bonorum omnium indeoles, sicuti cum primis ex moribus  
nostræ Teutoniæ peculiariter judicanda venit, ita quo-  
que maxime singularia & distincta sunt jura emphyteu-  
seos Germaniæ, ab ipsa emphyteusi juris Romani sive  
Civilis, multis modis abeuntis & discrepantibus, ceu præ-  
fenti hac Dissertatione ratione jurisdictionis eidem anne-  
xæ, plenius discutere & monstrare penes animum  
nostrum constituimus. Schilt. tract. de Curiis dominical. §.  
X. & XI. nec non §. XXVII. Comm. jur. feud. Alem. insert. p.  
m. 554. & 572.*

## 11.

Emphyteutica quidem prædia juri civili ita sunt no-  
ta atque cognita, ut in eo peculiares tituli, varias de his-  
ce nostris oculis sistentes Leges, tam in Pandectis, sub  
rubrica: *Si ager rectigal. id est emphyteutic. pet. quam in Co-*  
*dice, sub rubro: de Jure emphyteutico.* nec non *Constitu-*  
*tiones Novellæ, nempe Nov. VII. & Nov. CXX. extent.*  
Attamen emphyteusin Germaniæ ac emphyteusin Ro-  
mani aut jutinianei juris variis modis discrepare, tam  
jura Domino directo emphyteuseos, des Aigen-Herns,  
quam qualitates ipsius emphyteutæ, des Aigen oder Erb-  
manns, passim ubique arguunt. Siquidem consuetudo  
& observantia Germaniæ, Teutschlandes Gewonheit und  
Herkommen, utramque emphyteusin à se invicem nota-  
biliter secernit, ceu omnes illarum effectus dilucide do-  
cent, & utriusque emphyteuseos indolem & naturam  
paulo penitus examinantes juris Teutonici interpretes  
ubique notant atque inculcant. Schilter. in comment. ad  
*Pandect. Exerc. XVI. tb. 92.* in verbis: *Etsi emphyteusis ex ju-*  
*re Romano suam obtinuit naturam, ea tamen, posteaquam re-*

A 2

cepta

cepta est moribus Germanorum, facta est species juris feudalis,  
 & dicuntur jam emphyteutica feuda, Erb-Lehn, Bauer-Lehn &c.  
 Quare si minus ex jure civili, certe ex consuetudinibus &  
 moribus feudalibus Germaniae judicari potest, competere etiam em-  
 phyteutis jus refutandi feudum & investitaram emphyteuseos.  
 Nec non idem in *Dissert. de Curiis dominic.* vulgo von  
 Dünck-Höfzen. §. 11. & seqq. Georg. Frantz. *de laudem.*  
*c. V. n. 8. 12. atque seqq.* Dn. L. B. de Lyncker. *cent. IX.*  
*decis. 886.* Unde & heic diversam reipublicae Romanae &  
 nostrae faciem secernere tenemur, ne incurramus in repre-  
 hensionem Mevii, *in tract. vom Zustand und Absforderung*  
*der Bauers-Leute.* q. 1. n. 2. in verbis: Wie aber des meh-  
 rern Theils derer, so den Titul eines Rechtsgelehrten  
 führen, die Unart ist, daß wenn sie von Dingen und  
 Gewohnheiten, so in Deutschland sich heutiges Tages begeben,  
 urtheilen sollen, auf das Röm. Recht alleine sehen, darben aber  
 vergessen, daß die Zeiten, und mit denselben alle Dinge verän-  
 derlich seyn, darumben zum öfttern weit fehlen und sich ver-  
 stossen.

## III.

Notandum hinc est, (I) emphyteus in Germaniae  
 hodie à Domino non aliter constitui & tradi emphyteu-  
 tæ, nisi per investitaram literis conceptam, hisque solen-  
 niter declaratam, secundum Jus Feud. Alemann. *cap. CX.*  
 ibique Schilter. §. 4. *in fin.* Georg. Frantz. *de laudem. cap. V.*  
*n. 11. & seqq.* Ast Romanam & juris civilis emphyteu-  
 sin, etiam sine scriptura constitui posse, vel exinde collig-  
 gendum venit, quia contractus emphyteuticarius ex sci-  
 tis juris civilis est consensualis, qui ad sui perfectionem  
 nullam exigit scripturam, nec, omissa eadem, vitiatur.  
*Bœckelm. ad π. si ager rectig. id est emphyt. pet. §. 5.* Quamvis  
 enim in *L. 1. C. de jur. emphyt.* exprimatur, quod scriptura  
 inter-

interveniente emphyteusis constituantur, cui concordant L. 2. & 3. C. eod. Non tamen verba Legum harum conditio-  
nem important, sed factum saltem referunt, ac disposi-  
tioni accidunt, imo potius istum sensum involvunt, ut  
scriptura ista & instrumenta non necessariò accedere de-  
beant, sed plerumque probationis gratia intervenire so-  
leant. Bœckelm. cit. loc. & Valascus *de jure emphyteut.* q. 7.  
n. 1. & 2. Hæc tamen scriptura ubique sese aliter habet  
in emphyteusi Germaniæ. Frantz. *de laudem. c. V. n. 12.*  
& c. XI. n. 13. & 17. quæ ex necessitate constitutionis e-  
jusdem adhibetur, & actum investituræ traditione sym-  
bolica literis defungendum efficit. arg. L. 1. C. *de donat.*  
nam in hodierna emphyteusi investitura usitata est, hæc-  
que celebratur per expeditionem literarum, traditionem  
rei emphyteuticæ & hujus actum fite significantium,  
dum eisdem emphyteutæ hodierno exhibitis, ipsa res in  
emphyteusis promissa, eidem brevi manu rite tradita  
habetur. arg. cit. L. 1. C. *de donat.* 2. F. 2. & 4. ibi-  
que Bitsch. Schilter. *ad Jus F. Alem. cap. IV. §. 2. & 3.* Bris-  
son. *Lib. VI. formularum. pag. 50. & 51.* ubi verbum in-  
vestire, pro ejusmodi possessionis traditione, qualis hic  
accidit, usurpatur. Frantz. *de laudem. cap. V. n. 10.*  
& 11.

## IV.

Porro (II.) in emphyteusos Germaniæ actu in-  
vestitionis, jureamenti præstatio exigitur, hoc enim in-  
vestituram plerumque sequitur, arg. 2. F. 7. §. 1. in ver-  
bis: *investitura facta & fidelitate subsecuta.* ex ratione hac,  
quia hodierna Germaniæ emphyteusis participat de feu-  
dis. Schilt. *Ex. XVI. th. 92.* hæc qualitas feudalis juramen-  
tum fidelitatis supponit. 2. F. 4. & 5. nec non Jur. Alemann.  
Feud. *cap. IV.* in verbis: *Der Man sol eine Herren Hulde*

A 3

tum



tum mit sine eide &c. ibique Schilter. §. 6. & 7. Reformat. Noric. tit. 23. L. 13. versc. Ob auch in verbis: So soll Zihme doch von dem neuen Erbmann gebührliche Erb-Pflicht geleistet werden. & seqq. Quæ omnia secus se habent in emphyteusi Romana, ac civili, in qua traditio rei emphyteuticae, sine omnis juramenti interventu, sub sola meliorationis, culturæ atque canonis anni promissione expeditur. arg. §. 3. *Instit. de locat.* & *conduct.* & tot. tit. *Cod. de jure emphyteut.* ibique Perez. n. 2. nec non Valascus *de jure emphyteut.* q. 39. n. 18. Licet jurata promissio in nostra emphyteusi Germaniae non tantum fidelitatem respiciat, uti in feudo illam præstare moris est, sed ea quoque fiat de re in emphyteusin accepta, melioranda, tamen ea simul tendit ad fidelitatem Domino exhibendam, & ad damnum ejusdem avertendum, nec non de omnibus eis præstationibus rite subeundis, quas jus Domini directi, des Aigen- und Erb-Herens, pro more & consuetudine exigit. Schilter. ad Jus Feud. Alemann. cap. IV. §. 8. Wurffbain. in differ. Jur. Civil. & Noric. class. 1. membr. 2. setz. 1. th. 77. p. m. 121. Quanquam etiam ejusmodi promissio duntaxat manu stipulata sine juramento fieri possit, vel pro arbitrio & voluntate Domini, vel ex usu regionis. arg. 2. Feud. 3. in fin. sufficit tamen, quod heic tam fidelitas, quam indemnitas domino repromittatur, hæc omnia sicuti emphyteusi civili sunt incognita, & in eadem minus usitata, ita quoque ista nunquam ibidem intervenire deprehenduntur.

## V.

Nec minus (III.) discrepantia hæc inter emphyteusin Germaniae & civilem observatur, quod illa in symbolum quasi & tesseram laudemii majoris, atque jurisdictio-

tionis emphyteusi Teutonicae annexae, requirat præstationem non modo gallinæ, sed & quandoque similaginei panis, ovorum & casei, Weissat, appellatam, certo anni tempore defungendam; de qua Besold. *Thesaur. Prætz. voc.*: Weissat. Schilter. *de bon. laudem. s. IX. in fin.* unde respectu prioris tritum illud apud nos Germanos plerunque obtinuit: Die Henne trägt das Handlohn auf dem Schwanz. Dietherr. in addit. ad Besoldi *Thes. Prætz. vocabulo*: Handlohn. pag. m. 362. imo etiam hæc ipsa pro signo jurisdictionis competentis habetur, quia non semper laudemium supponit. Dietherr. *cit. loc.* Wehner. *Observat. Prætz. sub voc. Fastnacht*: Hüner. Matth. Stephan. *de jurisdic.* Lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 2. num. 207. nec non Mevius *Consil. 3. num. 14.* Frideric. Husan. *de hom. propr. cap. 6.* num. 64. ratione cæterarum præstationum autem, der Weissat, oder kleinen Zins, an Evern. Wecken und Käsen, emphyteufis hodierna, die Eigenschaft, arguitur, uti colligendum venit ex Ref. Noric. tit. 23. Leg. 4. sub rubrica: Wie die Eigenschaften abgelöst werden mögen. Meichsner. Tom. 2. Lib. 1. *decis. 8. n. 2. pag. 796.* Wehner. *Obs. pract. voce*: Weissat. & Wurffbain. *in Diff. J. C. & Nor. class. 1. sect. 2. in addit. th. 77. ad n. 120.* Verum enim vero ejusmodi præstationes omnes in emphyteusi civili occurunt quam minime, hinc palam est, jura emphyteuseos justinianæ non sufficere ad indolem prædiorum emphyteuticorum modernorum, ac moribus nostris regulatorum, explicandam, id quod etiam ipsius hodierni laudemii majoris præstatio manifestè affatimque declarat, dum pro tali laudemio, tali jure quinquagesima pretii pars, duo minimum floreni, pro centum, duntaxat determinata extat. L. fin. C. *de jur. emphyteut.* sed laudemium hodiernum plane distinctam atque diversam determinatio-

nem

nem habet, quia pro locorum consuetudine, quæ secundum Argentrum de laudem. cap. 5. in pr. solum est inspi-cienda, ejus quantitas alibi est vigesima pars pretii, ut in Saxonia, Thuringia, Franconia. Klock. *de arario Lib. II. cap. 42. n. 31.* ibique B. Dn. Pellerus, olim hujus Vniversit. Pro-Cancell. Magnificus non sine ingenti encomio de-nominandus, alibi decima pars pretii, alibi & secundum mores & Statuta Patriæ pars decima quinta, sex floreni & 40. crucigeri pro centum, Reform. Noric. tit. 23. L. 13. §. Und so der Eigenher. Dietherr. in addit. ad Besoldz The-saur. Pract. vocab. Handlohn. nisi aliam quantitatem iterum loci consuetudo, vel lex receperit, ut interdum plus, in-terdum minus pendatur. Laudatus B. Pellerus ad Klock. de arar. lib. 2. cap. 42. n. 31. & Dietherr. cit. loc.

## VI.

Pariter (IV.) differentia sece quoque exserit inter em-phyteusin civilem & hodiernam quoad laudemium mi-nus, dum in hac ipsa præter majus laudemium, etiam istud, sive sportulæ pro expeditione literarum investitu-ræ, & harum sigillatione, officialibus domini, sunt sol-vendæ, die Schreib- Fertigungs- und Lehen- Gebühren. Schilt. de bon. laudem. §. VIII. Itter. de feud. Imp. c. XI. §. 9. & 11. Siquidem Dominus emphyteuseos secundum mores Germanorum habet jus, instrumenta emphyteu-tica conficiendi, & sigillo suo corroborandi: confessio enim instrumentorum talium de ipsis fundis, ad domi-num fundi æque spectat ac investitio, cui illud negoti-um ceu feudi concessioni jure adhæret. Schilter. exercit. ad π. 16. tb. 92. Ertel. de iurid. infer. cap. 22. observ. 3. nam posteaquam emphyteusis hodierna speciem feudalitatis secundum mores Germaniae induere cœpit, eo magis illa-

illarum sportularum exsolution exinde firmata fuit, quo minus dubii earundem exactio in expeditione feudali, ex parte domini feudi habet. Beier. ad Schnobel. *diss. feud. V.* *th. 29. in verbis: seu relevio.* Frantz. *de laudem. cap. III. n. 12.* & Knichen. *de vestit. pacif. part. 2. cap. 4. n. 240.* Petr. Müller. *ad Struv. Exercit. XI. th. 66. lit. d.* Ludwell. *de renovat. invest. cap. II. p. m. 356.* Horn. *in Jurispr. Feud. Longobard. Teuton. cap. XVII. §. 21.* hinc idem obtinere circa expeditionem investiturae emphyteuseos nostrae, facile judicandum venit.

*VII.*

Emphyteusis Germaniae (V.) sine consensu domini jure non potest oppignorari vel hypothecari. Ord. Prov. Würtenberg. *tit. 16. §. 1. & §. 2.* Reform. Noric. *tit. 23. L. XIII.* quia ejusmodi hypothecatio & oppignoratio est via, per quam devenitur ad alienationem, sicuti autem haec omnia prohibita sunt in feudo, ita quoque eadem nec in emphyteusi hodierna conceduntur, quae hodie speciem feudi habet. Jus feud. Alem. *cap. CXXV.* in quo nec hypothecatio & oppignoratio conceditur. *2. F. 8. §. 2. & 2. F. 55. in pr. verb. hac editiali &c.* Brunnem. *cent. 3. decis. 18. Stryck. in Dissert. de oblig. feud. consens. manut. cap. I. n. 51.* Petr. Müller. *ad Struv. Exercit. ad π. XI. th. 70. lit. β.* quod tamen secus se habet in emphyteusi civili, quae contra consensum Domini hypothecatur & oppignoratur. arg. *L. fin. in fin. Cod. de jure emphyt.* ubi duntaxat venditio absque voluntate Domini est prohibita. Böckelmann. *ad π. tit. si ager vētig. id est emphyt. pet. §. X. p. m. 271.* non autem hypothecatio. *L. 31. ff. de pignor.* hinc non de quavis alienatione cit. *L. fin. C. de jur. emphyt.* est capienda, sed tantum de venditione, quia ea mentionem facit pretii, in quo emptionis & venditionis substantia consistit. *L. 72. ff.*

*B.**de*

*de contrah. emt.* ut adeo de jure civili hypothecatio pro licita & valida sit habenda. *L. 31. ff. de pignor. & hypoth.* Carpz. part. 2. const. 25. def. VII. n. 10. Petr. Müller. ad Struv. *Exerc. ad π. XI. th. 70. lit. β.* non autem venditio. *L. 3. C. de jur. emphyteut.*

## VIII.

Emphyteusis Germaniae (VI) in eo nonnihil abit ab emphyteusi Romana & civili, quod emphyteuta hodiernus induat quasi aliqualem adscriptitiam qualitatem, ad instar eorum, qui agricolationi olim fuere adscripti, si quidem nec hi ubique ratione personæ suæ ullam libertatis restrictionem sunt passi. arg. *L. 4. Cod. de Agric.* & *Nov. 32.* & *33.* ut & *L. 15.* atque *L. cum satis. 23. C. de agric.* & *censit.* quia olim liberti plerumque agris colendis depurabantur, & liberi non raro homines hisce se se addicebant, hinc *Glossa in L. 3. ff. de stat. hom.* tales homines adscriptitos & censitos inter liberos homines recenset. Verum enim vero in emphyteutis & agricolis hodiernis, secundum communem Germaniae morem, quem tamen pro regionum diversitate diversum esse novimus, non quidem aliqualia vestigia proprietatis ratione personarum, attamen ratione agrorum & prædiorum, ita deprehendimus radicata, ut intuitu horum, Dominis prædiorum, directis varia jura, tam in ipsa bona, quam in possessores, competant, faciunt huc quæ haber Mev. *in tract. von Zu stand und Abforderung der Bauren. cap. 3. n. 4.* hinc illi quoque hos suos homines, suosque agricultos, aut glebae adscriptos, Aigen-Leute, Erbmänner atque Hinter- und Untersassen, auch Unterthanen, nominare solent. *Gylm. tom. 1. Symphor. p. 2. Tit. 6. n. 102. pag. 82.* *Meichsn. tom. 2. p. 1. decis. 6. n. 118. f. 653.* *Reform. Nor. tit. XXIII. L. XI. XII. & tit.*

& tit. I. L. III. & V. vers. Es sollen auch ic. nec non de jure Patrio citra Domini voluntatem, extra prædium emphyteuticum habitare, vel domicilium suum habere possunt. cit. tit. XXIII. Ref. Nor. *Lege XI. sub rubrica:* Von persönlicher Beziehung der Erb-Güthen auf dem Land. vers. Wann einer. Joh. Frid. Husan. *de hom. propr. cap. 2. n. 23. & seq.* Quæ omnia in emphyteusi Romana se aliter habent, cum ibi duntaxat sit nexus quidam inter Dominum emphyteuseos & emphyteutam, ex contractu consensuali emphyteutico affinitatem cum venditione & locatione habens. §. 3. *Inst. de locat. & tot. tit. Cod. de jure emphyteut.* ibique Perez. quem nexus tamen obligatorium indoles atque conditio emphyteuseos Germaniae excedit & notabiliter superat. Schilter. *de cur. Dominic. §. X. & XI. tract.* Comment. *ad jus feud.* Alemann. *adject. p. m. 554.*

## IX.

Similiter (VII.) in emphyteusi Germaniæ emphyteutis quædem subemphyteuticatio, si ea literis investituræ, vel statutis expressum non est interdicta, conceditur. Petr. Müller. ad Struv. *Ex. ad π. XI. th. 70. lit. a. Specul. Lib. IV. part. 3. tit. de emphyteusi. §. 151. seqq.* Joh. Faber. *in §. adeo. 3. Inst. de locat.* Frantz. *cap. XIV. n. 50.* argumentum enimducitur à feudo, sicuti enim hoc sine consensu Domini subinfeudari potest. 2. F. 55. §. 2. 2. F. 9. 2. F. 26. §. beneficium. Andr. Kohl. *de subfeud. per tot.* ita quoque emphyteusis subemphyteuticari valet, quia ex doctrina Schilteri *Ex. ad π. XVI. th. 92.* emphyteusis hodierna species feudi est, secundum textum jur. feud. Alemann. *cap. CXXV. per tot.* quod fecus est in emphyteusi Romana, quæ vel ideo in subemphyteusin tradi ab emphyteutis nequit, Valasc. *de jur. emphyt. q. 13. n. 11.* quia ratione meliorationis, sub

B 2

cujus

cujus conditione emphyteusis potissimum constituitur, solius emphyteutæ industria & diligentia in contractu emphyteuticario est electa, quam electionem non potest emphyteuta per subemphyteuticationem mutare, unde assertio Interpretum ut Molin. §. 13. ad consuet. Paris. gloss. 1. n. 19. & aliorum apud Valasc. cit. qu. 13. n. 11. qui statuminant, quod absque consensu Domini directi subemphyteutatio fieri non possit, de jure Romano quidem procedit, sed juri Germanico parum convenit, utpote secundum quod emphyteusis feudi speciem habet, in quo subinfeudatio omnino citra consensum Domini permissa est. 2. F. 9. Joh. Faber. in §. adeo 3. Inst. de locat. Frantz. de laudem. cap. 14. n. 50.

## X.

In emphyteusi Germaniae (VIII.) refutatio sive resignatio emphyteuseos, ex parte emphyteutæ rite obtinet, quia ea ad instar feudi, quod repudiari Domino potest, fe habet, & jus feudale vasallo facultatem recedendi ab ejusmodi contractu, & eundem dissolvendi tribuit, efficitque ut regulariter pactum tacitum de ista facultate inesse contractui præsumatur, secundum textum 2. F. 38. & Jus feud. Alemann. cap. V. sub rubrica: Wie der Mann Lehen ussigt. Id quod etiam jus patrium quoad emphyteusis nostram expressim admittit. tit. XIIII. L. VIII. vers. Wann ein Erbmann. Dn. PRÆSIDIS Dissertat. de Refutat. Emphyteus. per tot. Schilter. in Comment. ad cit. cap. V. jur. Alemann. §. 2. & seqq. quod secus est de jure civili, cum contractus ibidem emphyteuticarius ab initio sit voluntatis ex postfacto autem necessitatis. L. 5. C. de Obl. & Act. & eo jure nemo se à sua obligatione, invito eo, cui devinctus est, liberare valet, cum omnia, quæ contrahuntur

tur communi consensu , contrario mutuoque consensu iterum sint dissolvenda . *§. fin. Inst. quib. mod. toll. obligat.*  
*L. 100. ff. de R. J.* siquidem nihil tam naturale est , quam eo modo quid dissolvi , quo constitutum extat . *L. 35 ff de R. J.*

*XI.*

Denique (IX) & hæc discrepantia inter emphyteusin Germaniae & juris civilis se offert , quod in illa Dominus emphyteuseos , in casu canonis intra tempus a lege definitum , non soluti , ipse emphyteusin caducam declarare valeat , ad instar Domini feudi , qui pariter de felonie feudali , prævia cause cognitione , potissimum hodie vi jurisdictiois feudisticae cognoscit . *z. F. 55. Horn. in jurifpr. feud. cap. XXV. §. 14. 20. 23. Struv. obs. feud. c. XVI. tb. 4. jus feudal. Alemann. cap. CXXV.* ibique Schilter . Jus Patr. tit. 23. Leg. 12. versic. *S*o ein. unde de emphyteusi hodierna vi juris sibi competentis etiam sua auctoritate emphyteutam jure expellit . *Glossa ad L. 2. in verbis repellere.* C. de jur. emphyt. id quod etiam Julius Clarus adstruit . *§. Emphyteusis. 11. & Cravett. confil. 18. n. 7. Conrad. Rittershus. Resp. Altorffin. 79. n. 56. Jus Patr. tit. XXIII. Leg. 9. Dn. L. B. de Lyncker cent. 9. decif. 886. ibi : Emphyteutas & censitos , in causis emphyteusin & censem concernentibus , coram Domino stare teneri , sed citandos esse , si aliquibus degant in subfidiuim.* Hæc omnia fecus se ubique habent in emphyteusi juris civilis , ubi requiritur alius judex , ut per hunc ipsum fiat cognitio inter Dominum emphyteuseos & emphyteutam . arg. *L. 176. pr. ff. de R. J. juncta L. 7. Cod. unde vi. Carpz. part. 2. conf. 38. def. 2. n. 1.*

*B 3**CAP.*

## CAP. II.

JVRISDICTIONIS EMPHYTEVSI GER-  
MANIAE ANNEXAE FVNDAMENTVM  
SPECIATIM INDIGITANS.

## S V M M A R I A.

- I. Definitur hec iurisdictio emphyteusi Germanie annexa, & generaliter hujus fundamentum vel feudalitas, vel privilegium, vel jus provinciale & statuarium, vel consuetudo & observantia esse perhibetur.
- II. Dubitandi rationes huic iurisdictioni obloquies facieantur recensentur.
- III. Rationes fundamenta ista dubia primo generatio[n]e resolventes attinguntur.
- IV. Fundamentum ejusdem (I.) jus feudale esse assurit, item fundatum (II.) privilegiorum vel specialis ejusdem concessio[e] allegatur.
- V. Fundamentum ejusdem (III.) jus feudale scriptum antiquum Alemannicum esse traditur, nec minus complura alia Provinciarum Germanie iura hunc in finem proferuntur.
- VI. Cum primis Thuringie & Saxonie, nec non Franconie, ut & Patrie No[n]rica iura pariter idcirco collaudantur.
- VII. Fundamentum ejusdem (IV.) observantia & consuetudo Germanie imprimis esse adstruitur, Schottel de sing. vel. Germ. iur. in prefat. verba praecepsa hanc in rem citata adducuntur.
- VIII. Padam ister dominum & emphyteutam subinde initum, presentem jurisdictionem quandoque pro fundamento suo habere evincitur.
- IX. Respondet ad (I.) dubitandi rationem, quod talis iurisdictio non circa voluntatem Legislatoris provincialrum Germanie, in quibus illa non expressim eidem est reservata, exercetur.
- X. Diluit (II.) dubitandi rationem & offendit, quod Domini emphyteutici hodierni ex more Germanorum ipsi cognoscant causas suam emphyteusin concernentes.
- XI. Resolut (III.) dubitandi rationem, quod praesens iurisdictio non patet privatis invictarum innitatatur.
- XII. Docet, quod (IV.) dubitandi ratione in una vel altera provincia Germanie, ista iurisdictio emphyteusi Germania non coharet, pariter nostram jurisdictionem non defuat, quia istius provinciae Legislator Germanie generali mortis restringere, & sibi istam reservare potuit.
- XIII. Inculcat, quod reservatio istius jurisdictionis in una vel altera provincia Germanie, de propriis duntaxat nomothetae subditis capienda sit, non autem de alienis, licet mixtum cum ejusdem subditis habitantibus, quia bi non sunt de ejusdem territorio.
- XIV. Offendit, quod illa reservatio subditos Patrie non stringat.

I.

**F**acile ex hisce differentiis præmissis, antecedenti in Capite Diff. hujus adductis, dispalescit, quod emphyteusi

teusi Germaniae jurisdictionis cuiusdam species adhæreat, quæ est facultas, Domino directo emphyteuseos competens jure quæsita, in causis non modo emphyteuticis prædiorum, sed & emphyteutarum suorum sive Hubariorum personas concernentibus, tam civilibus, quam levioribus delictis, intra limites prædiorum suorum jus dicendi. Schilter. *de Cur. Dominic.* §. X. & XI. *jur. Alem. insert. p. m. 554.* Kœpp. *dec. 48. n. 23.* Nam emphyteutæ accipientes ejusmodi bona in emphyteuticationem, per investituram se subjiciunt cognitioni sui Domini directi, in causis circa præmium & suam personam evenientibus controversis pro finibus prædii sui, ita ut ad instar omnium censitorum & agricolarum agros colendos à quoipiam habentium, jurisdictioni ejusdem, cuius proprietatem possident, secundum mores Germanorum additi censeantur. Mev. vom Zustand und Abforderung der Bauers-Leute. *cap. III. n. 59. 69. & 70.* Dn. L. B. de Lynccker. *cent. 9. decif. 880. & decif. 886.* in rubrica: *Emphyteutas & censitos in causis emphyteusis concernentibus coram domino stare teneri, sed citando esse, si alibi degunt, in subsidium.* idque eo magis, cum emphyteuticatio se habeat ad modum cuiusdam infestationis. Schilt. *ad n. Ex. XVI. th. 92.* & hæc emphyteusis ex ista feudalitatis ratione jurisdictionis cuiusdam speciem conjunctam habere putetur, quam Dominus in emphyteutam seu vasallum suum, quanquam ad fundos & prædia restrictam tamdiu jure exercet, quamdiu proprietates ejusdem ab emphyteutis suis possidentur. Jus feud. Alemann. *cap. CXXV.* sub rubrica: *Von Zins-Lehen-Rechten.* ibi: *Lhet ein Herrn vil Zins-Lehen ich meine zwölffen Männer oder me, und friegter Er mit Zin, oder su untereinander umb ein Zins-Lehen, so soll Er den Mannen für sich gebieten, und soll richten als umb*

umb Recht Lehen &c. ibique Schilter. de Cur. Dominic. §. X.  
 & XI. Hinc juris Germanici analogiae minime contrariatur, quod privati Domini directi prædiorum emphyteuticorum, quamquam non publicum Magistratus characterem habeant, tamen jurisdictione in emphyteutas suos competenti stipati esse possint, quam obtinent vel jure feudali, vel jure privilegii, vel alio sive scripto, sive non scripto Provinciæ locorum jure. Bechmann. ad A. B. Exerc. 8. n. 65. Petr. Anton. de Petra de potest. Princip. cap. 8. n. 31. Knich. de jur. territ. c. IV. n. 657.

## II.

Tametsi enim alias expediti juris sit, quod nemo privatorum privato suo ausu & voluntate, quandam jurisdictionem sibi attribuere valeat, cum hæc nonnisi ex summo fonte Regalium & concessione ejusdem, qui jure Regalium utitur, sit derivanda, ex quo hæc promanat, fluit atque refluit. Knipschild. de Civit. Imp. Lib. 2. c. 5. n. 47. hincque à commercio privatorum atque inferiorum remota & exempta esse censetur. 2. F. 56. L. 6. ff. de jurisdict. Vincent. Franchis decif. 62. n. 9. & 10. adeo ut qui ejusmodi jura usurpare præsumit, gravi coercitione se obnoxium faciat. L. 2. C. ut nemo privatus. Knichen. de jure territ. cap. 1. n. 30. & seqq. nec privatis est concedendum, quod publice per ordinarium magistratum fieri solet. L. 176. pr. ff. de R. J. Sicuti porro nec in causa propria quis sibi jus dicere potest per L. 10. ff. de jurisdict. & L. un. C. Ne quis in sua causa jus dic. ibi: Generali Lege decernimus, neminem sibi esse judicem vel jus sibi dicere debere, in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententia. ibique Perez. Sane Dominus emphyteuseos, si vel ob canonem non solutum, vel ob consensum ad venditionem non requisitum, vel ob deteriorationem rei

rei suæ, vellet sine judicis ordinarii cognitione sibi met-  
ipsi jus dicere, & emphyteutam propria auctoritate pri-  
vare re sua emphyteutica, utique Legum sanctis ob-  
streperet, id quod jura nostra abhorrent. *L. fin. ff. de offic.*  
*Pretor. L. unic. C. ne quis in sua cauf.* ibique Brunnemann.  
*2. F. 39. 2. F. 16. 2. F. 46.* unde non sine ratione Feudistæ  
tradunt, Dominum de lite ratione feudi sibi mota co-  
gnoscere non posse, si alter litigantium ex numero va-  
fallorum, aut si causa inter vasallos mota, cum ipsius fa-  
vore, præjudicio, commodo ac damno sit conjuncta.  
Schrader. *de feud. part. X. Seçt. II. n. 21.* Rosenthal. *de feud.*  
*cap. XI. concl. 2. n. 35.* nec enim pactis inter Dominum  
emphyteuseos & emphyteutam initis, investituræ em-  
phyteuticae adjectis, jurisdictionis quædam species com-  
parari posse videtur, cum ea, quæ sunt juris publici, vel  
publicæ concessionis, privatorum conventionibus dari  
ac constitui nequeant. *L. 38. ff. de pacœ.* dum pacisci de  
jurisdictione, non est in privatorum commercio, sed il-  
la ipsa duntaxat à Principe, vel a Domino territorii de-  
pendet. arg. *L. 1. §. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisdic.*  
& *L. 3. C. de jurisdic.* Fabian. Wilderic. Streng. *in Consult.*  
& *Informat. cap. 19. circa fin.*

## III.

Verum enim vero hisce rationibus in contrarium  
obmotis, nostrum assertum parum destrucentibus, mini-  
me attentis, juris analogia adjuti, Domino emphyteuseos,  
circa sua prædia & horum possessores emphyteutas,  
inter istorum limites, secundum mores Germanorum ju-  
risdictionem intrepide vindicamus & attribuimus, (I.)  
vel ex ratione feudalitatis, quam emphyteusis hodierna  
pro se habet, vel ex privilegio, vel ex juris hodierni

C

scripti

scripti concessionē, vel ex consuetudine, qui tituli omnes sunt habiles & idonei, ad jurisdictionem ejusmodi singularem tribuendam & efficiendam. Bechmann. *ad A. B. Exerc. II. n. 65.* Petr. Anton. de Petra *de potest. Princip. cap. 8. n. 23. & 26.* Schilt. *Diss. de Cur. Dominic. comment. ejusd.* Jur. feud. Alemann. p. 548. *inserta §. 14. & 15.* quo in loco satis clare ostendit, quod jurisdictionē hæc emphyteuticaria, non tantummodo jure non scripto, & tacito consensu ac voluntate Legislatoris Germanici sit introducta, ut Dominus directus emphyteuseos, sicuti in feudalibus, ita etiam in causis emphyteuticis, suis hominibus jus dicat, sed etiam ipsa quoque jure scripto ubique, & singulari concessione innitatur.

## IV.

Nam quod (I.) ad ius Feudale attinet, de hoc omnino certum atque expeditum est, consequi & acquirere omnem illum, cujuscunque sit conditionis, qui alteri sua prædia in feudum tradit, ex istius juris permisso, jurisdictionem quandam feudalem in suum vasallum & hominem, ita ut constituto feudo, constituantur quoque jurisdictionē feudalīs, quæ ex feudi concessione non potest non oriri ad hunc effectum, quo vasallus coram Domino suo conveniri possit, nam jurisdictionē hic non pacto privatorum contra *L. 3. C. de jurisdict.* sed consuetudine feudali ita transfertur, ut ea non jure magistratus, sed jure singulari competat. *2. F. 5. §. fin.* Titius im *E. L. R. cap. VI. §. 38. & seqq.* Maurit. *decad. 4. pos. feud. 2.* Coccej. *de eo quod justum est circa rusticos in materia feud. cap. 2. §. 6. in fin.* Eyben. *in Elec. feudal. cap. 8. §. 9. & seq.* Struv. *S. F. cap. 5. th. 3. n. 3.* quia emphyteusis hodierna pro specie feudi habetur, quæ per investituram sub juramento fideli-

vol.

delitatis, perinde ceu feudum traditur. Schilter. *Exerc. ad n. 16. th. 92. &c de Cur. Dominic. th. X. & XI.* Georg. Frantz. *de laudem. cap. V. n. 11. usque ad 16.* Wurffbain *de diff. jur. Civil. & Noric. class. I. membr. 2. sect. 2. th. 77. p. m. 121.* Jure privilegii (II.) & specialis concessionis jurisdictionem nostram quoque obtineri posse, pariter omni dubio & ambiguitate caret. Auth. *Habita. C. ne fil. pro patr. fons enim omnis jurisdictionis est Princeps & Dominus territorii, unde eadem pullulat atque promanat, atque ad eundem refluxit, sicuti flumina fluunt, refluxuntque ad mare.* L. I. & tot. tit. ff. ad L. Jul. de ambit. L. I. ff. de const. Princ. L. I. pr. ff. de offic. ejus cuī mand. est jurisdiction. Knipschild. *de civit. Imp. Lib. 2. c. 5. n. 41.* Reinking. *de Regin. Sec. & Eccl. Lib. I. class. 5. cap. 6. n. 71. & 78.* Brunnem. *consil. 167. n. 2.* ibi: Es ist unlaugbar, daß nach gemeiner Meinung derer Gelehrten, alle Jura und Regalia, so per privilegium summi Principis mögen erhalten werden ic. Stephan. *de jurisdiction.* Lib. I. c. 38. a. n. 1. usque ad 4. quocunque enim modo Princeps vel Legislator suam voluntatem declarat, Legis instar valet. L. I. ff. de const. Princip. abunde vero declarat voluntatem suam per privilegium idcirco expresse concessum. L. 6. ff. de jurisdiction. Jason. *in L. quoties. n. 5. & 10.* C. de rei vindicat. Pauermeist. *de jurisdiction. Lib. I. cap. 19. n. 130.*

## V.

Denique (III.) jure scripto, & cumprimis de jure feudi Alemannico, Domino emphyteuseos competere in suos emphyteutas jurisdictionem, luculenter ex hujus juris cap. CXXV. patescit, cuius rubrica haec est: Von Zins-Lehen-Rechte: textus hoc pertinens ita se habet: Lihet ein Herre vil Zins-Lehen, ich meine zwölffen Mannen oder me, und krieget er mit In, oder sū untereinander umb ein Zins-Lehen,

C 2

hen,

hen, so sol Er den Mannen für sich gebieten, und sol richten als umb Recht-Lehen, i. e. si Dominus multis, intelligo duodecim aut pluribus, emphyteusin concedit, & inter ipsum & illos, aut inter ipsos emphyteutas desuper lis oritur, ipse citare potest emphyteutas, & judicare sicuti de feudo recto. Cui concordat jus feudale Saxonum cap. 68. ibi: Doch en ist der Herre nicht pflichtig zu antwerte ne sine Mame vor deme obersten Herren. Her en habe eime rechtes geweigert vor sinene Mame nach sineme Zinsz Gelde, her en habe Zme e rechtes geweigeret vor sine Zins ge nozzzen. Quae Interpres Latinus cap. 33. §. 22. ita reddit: Dominus non tenetur vasallo coram altiori Domino respondere, nisi prius justitiam sibi negaverit coram suis vasallis, nec etiam suo censuali, nisi prius sibi justitiam deneraverit coram suis censualibus. Vbi censuales dicuntur emphyteutæ & hubarii. Zobel. ad d. cap. 68. in gloss. lit. K. Quamvis enim olim dominus adhibitis suis vasallis cognoscere debuit, tamen de jure feudali hodierno ad judicium ab eodem exercendum, vasalli & pares curiae raro amplius adhibentur, sed Dominus ipse inter se & vasallos suos coram proprio à se ordinato judicio plerumque cognoscit. Horn. in jurifpr. feud. Longobard. Teutonic. cap. 25. §. 14. & Schottel. de singul. German. jurib. cap. 4. §. 9. Stryk. exam. feud. cap. 25. qu. 4. & dehinc idem de Domino emphyteutæos & censu sentiendum est. Richter. p. 1. decis. 84. n. 9. prope fin. in prejudicio Collegii Juridici Jenens. ad requisitionem Magni von Reichenstein zu Blindorff. in verbis: Obwohl derjenige, so von seinem Erbzinsz Guth und prædio emphyteutico den schuldigen Erbzinsz nicht entrichtet, sich des prædii verlustig macht zt. Dn. L. B. de Lynker. cent. 9. decis. 886. Schilt. de Cur. Dominic. c. X. & XI. Stryk. de jurisdict. circumsepta cap. 3. in fin. Satis tamen exinde innotescit, quod jam

jam ab ævo antiquo in Germania generaliter Dominis emphyteuticis, fuerit scripto adeo jure concessa publica potestas, emphyteutis suis jus dicendi, quod pristini Germanici juris institutum, variis adeo recentioribus Constitutionibus provincialibus terrarum expresse comprobatum deprehendimus, id quod tam Ordinationes provinciales Ducatus Saxonici Coburgensis testantur, dum disponunt: *Das die von Adel über ihre Erbzins-Lenthe, Hintersassen und Censiten, so weit sich dero Hofreith und Güter erstrecket, die Gerichtsbarkeit und Erkännthus verstattet, hingegen aber denen Fürstlichen Aemttern die Gerichtsbarkeit und Obrigkeitliche Erkännthus über Feld und Straßen vorbehalten seyn solle.* Nec minus jus Bavarium ejusmodi jurisdictionem confirmat, quæ ad prædia singularia Nobilium, auf die einschichtigen Güter der Edelleuthe, quæ in variis pagis præfecturarum Principum sita sunt, peculiariter extensa invenitur: *Man hat ihnen das Gericht auch über ihre Grund-Unterthänen, welche in Fürstlichen Land-Gerichten oder Pfleg-schafften liegen, gnädigst ertheilt.* Ertel in *Prax. aur. de jurisd. infer. cap. I. obser. X. art. 2. & 3. part. 2. der Lands-Freihheit.* Everhard. junior vol. I. cons. 17. n. 13. imo etiam in Suevia nota est talis jurisdictione, quam alius haber in den Bauern-Häusern und in den Hofreithen, so weit das Dachtrauff herablauffet; alius autem eandem habet in locis publicis, auf der gemein Gassen oder außer den Häusern. Ertel. in *Prax. aur. de jurisd. infer. cap. I. obser. 8. in fin. Knichen. de jure territor. cap. IV. n. 657. 658.* Et porro unus habet jurisdictionem in pago & ejusdem ædibus, im Dorff oder inner Etters, alius autem extra pagi ædes, in agris, ein anderer außer Etters, oder auf denen Feldern, Mäderen und Gehüls. Ant. Guilielm. Ertel. cit. loc. Similis quoque jurisdictione constitutione provinciali Marchica comprobatur,

tur, cuius meminit Stryk. in *Dissert. de iurisdict. circum-*  
*sept. cap. IV. n. 40. & 41.* sub rubrica: Umb Pächte und  
Zinsē mag der Pacht-Herr selbst pfänden. Nigrum sive  
textus istius constitutionis est sequentis tenoris: Weil  
sich zum öffern zuträgt, daß ein Bauermann seinem Herrn  
oder Junktern mit Verweigerung der schuldigen Dienste,  
Pächte und Zinsē ungehorsam wird, und eben derselbe Bauer  
an dem Orte seine Wohnung und Aufenthalt hat, da einem  
andern die Gerichte allein zustehen, und aber vor Alters, und  
weit über Menschen Gedachten also hergebracht, und im Ge-  
brauch gewesen, daß jede Herrschaft denselben ungehorsamen  
Bauern auf seinem Hofe ungeachtet auch unersucht des an-  
dern, der die Ober- und Straßen-Gerichte allda hat, ohne  
jemandes Verhinderung, umb den Nachstand der Pächte  
und Dienste auspfänden möge, so lassen wir es dabei be-  
wenden, und wollen, daß solches nochmals dem Pacht oder  
Dienst-Herrn, so oft es die Noth erfordert, frey stehen, und  
vorbehalten seyn solle. Quo loco modo laudatus Stryk.  
hanc jurisdictionem variis præjudiciis illustrat, late Kœppen.  
decis. 48. n. 23. & 24. De Alsatia idem testatur Schil-  
ter. de Cur. Dominical. in Mantisſa.

## VI.

Parile jus Domino emphyteuseos & census qua  
terras Thuringiaæ & Saxoniæ afferit Richter. p. 1. decis. 84.  
n. 9. prope fin. nec non Dn. L. B. de Lyncker. cent. IX. de-  
cis. 886. quando ibidem ait: Ein Lehn und Zins-Herr ist  
zwar befugt seine Lehn und Zins-Leute, in causis non petitæ  
renovationis, alienationis absque consensu Domini fa-  
ctæ, deteriorationis, canonis non soluti, feloniae aliis-  
que feudum vel emphyteusin concernentibus, zu citiren;  
auch solche vor ihm zu erscheinen schuldig: und da sie aussen  
bleiben, ist der Lehn und Zins-Herr wider dieselbe, in contu-  
maciam

maciam zu procediren, und gestalten Sachen nach, sub pena amissionis, item confessi und convicti, solche anderweit vorzuladen, auch, im Fall beharlicher contumaciae, endlich definitive wider sie zu erkennen berechtiget. Dieweil aber die behörige citationes ihnen nicht füglich immediate insinuit werden können - sie möchten dann in eben denen Gerichten sich antreffen lassen, so werden sie, vermittelst ihrer Obrigkeit, darunter sie gesessen, in subsidium billich vorgeladen. Mentionem quoque hujus jurisdictionis in censitos facit Petr. Müller ad Struv. *Exercit. IV. ad n. tb. 80. sub lit. y.* Similis nostrae jurisdictionis species, etiam in Franconia cognita & nota est, secundum Paulum Matthiam Wehner. *observ. practic. voce: Vogthey. p. m. 488.* quando ait: Und ist bevorab im Lande der Franken gar brauchlich und gemein, daß auch zehn, zwölf oder mehr Herrschaffen Theil und Leuth in einem Flecken oder Dorff wohnen haben, und hat ein jeder die Vogtheyliche Obrigkeit und bassam jurisdictionem über seine Unterthanen. Leipold. *de concarr. jurisdic. in Imper. Rom. Germ. apud Leichtium p. m. 525. §. 12.* in verbis: Particularis & limitata Vogtheja ex investitura venit, als allein auf den Lehen des Vogthey-Herrn und derselben Hoffreith, non vero indistincte etiam in omnes incolas illius villæ, und auf der Gemeind, hinc debet se stricte intra limites concessæ jurisdictionis Dominus continere, & nequaquam illam in aliquem, qui non est eius Lehnmann exercere. Faciunt hoc verba Marquardi Freheri Jcti extantia apud Wurffbain. *in Diff. Jur. Civil. & Noric. p. m. 278.* Gebrauch in Franken, und sonderlich um Nürnberg, daß ein jeder auf seinen Hintersassen, (ungeachtet in was hoher Obrigkeit die gesessen) alle niedere Gerichtsbarkeit, Frevel, Straff, Gebot und Verbot und dergleichen Herrlichkeit habe; Cui adstipulatur Herpffer. *in Dissert. nobil.*

*bil. quotid. controvers. decad. 2. quæst. 10.* Imo eandem jurisdictionem Legislator Patriæ Dominis directis emphyteuseos extra urbem emphyteusin habentibus, expressim concessit *Tit. XXIII. Reform. Noric. L. 7. §.* Dass sie aber *ii. & L. 16. §.* So sie aber *ii.* confer. Decretum additionale Illustris Senatus Patriæ *de Anno 1609.* quando cuivis Domino emphyteuticario, dem Eigenherm in emphyteutas suos außer der Stadt, oder auf dem Lande, jurisdictionem, sive vogthejam quandam restrictam, die kleine Vogttheylheit, indulget, so weit er den Erbmann mit Thür und Angel beschleust. Wurffbain *in differ. Jur. Civ. & Nor. p. m. 278.* B. D. Lincke *de Vogteja cap. II. §. 7.* Besold. verb. mit Thür und Angel beschliessen.

*VII.*

Sicuti autem jurisdictione praesens emphyteuticaria juris scripti fundamento haud destituitur, ita (IV) observantia, usu & moribus subinde quoque suam confirmationem, incrementa sua, & augmenta accepit, ad exemplum reliquæ jurisdictionis Germanicae, cuius effectus non ubique ex regula juris civilis & Romani metiri possumus, praefertim cum in Imperio Germanico, pristina jurisdictionis facies nimium quantum sit mutata, hinc potius ad mores cujuscunque regionis Germaniae, in hac ipsa jurisdictione penitus trutinanda, recurrendum venit, quamobrem prudenter monet Leipold. *de concur. jurisd. quæst. 12. in fin.* quod jurisdictionis materia hodierum moribus non minus, quam jure veteri civili in pelago versetur, ac potissimum usus & conventio illius cynosuram suggerat, eidem adstipulante Knicchen. *de jure territor. cap. 4. num. 411. seq.* Hinc plerique Doctores inter modos acquirendi jurisdictionem optima ratione referunt consuetudinem. *L. 35. ff. de Legib. & L. 25. ff. ad municipi.*

cip. Bartol. in L. more. s. num. 9. ff. de jurisdict. Gail. Lib. 1.  
 observat. 51. n. ult. consuetudo enim omnium jurisdi-  
 ctionum origo, fons & principium est. Kœppen. decis. 48.  
 n. 24. Georg. Mundius à Rodach. de muner. c. 2. num. 434.  
 Harpprecht cons. 49. n. 55. & seqq. potissimum cum Ger-  
 mani ubique jura sua in consuetudine & observantia fun-  
 darunt, in dem Röhr-Recht und Herkommen, Schottelius de  
 singul. veter. German. Jure in dedicat. p. m. 2. & 3. apud  
 hos enim boni mores plus, quam bona leges valuerunt.  
 Faciunt hic omnino verba laudati Schottelii cit. loc. Dies  
 weil aber das alte Teutschland, und die alten teutschen Natio-  
 nes in ihrem Vaterlande, allem Vermuthen nach, bey ihrer  
 Freyheit und Lebens-Art geblieben, und per tot secula sich das  
 bey nicht allein erhalten, sondern endlich das Römische Reich  
 gar auf sich gebracht, und hernach eines und andere von dem  
 alten teutschen Regiment und Zustand aufgezeichnet und fund  
 worden, so kan man aus solchen ältesten monumentis dieses  
 sonderlich vermutlich abnehmen, daß die alten Vorfahren das  
 von Alters also genannte Röhr-Recht und das Herkommen,  
 id est, jura statutaria seu in hoc vel illo loco voluntaria,  
 ut & jura consuetudinaria, seu ex observantia accidente,  
 ex æquo & bono nata, unter sich gehabt, solches auch ob-  
 servirt und darnach in allen ihren Kriegs- und Friedens-Hän-  
 deln und gehaltenen Gerichts-Wesen de simplici & plano ver-  
 fahren, und alles deducirt haben. Secundum quem morem  
 antiquum & observantium patriæ nostræ, etiam præsens  
 nostra jurisdicçio emphyteusis Germaniæ, tam quoad  
 suum ortum, quam quoad incrementa & augmenta,  
 quæ ultra feudalem jurisdictionem subinde in Germania  
 nostra est sortita, ad instar omnis jurisdictionis judicari  
 & censi debet. Schilter. de Cur. domin. §. XX. & ad π. Exerc.  
 XVI. th. 92. atque Exerc. XIII. th. 26. & 27. nec non Harp-

D

precht.

precht. *Consil. Tubing.* 49. n. 56. Bidenbach. *quast. nobil.* 11.  
n. 1. Klock. *de contribut.* cap. XX. n. 91.

## VIII.

Quemadmodum autem hucusque deducta jurisdictio, & jure scripto & non scripto radicata deprehenditur, ita etiam eandem subinde pactis, inter Dominum emphyteuseos & emphyteutam initis, restringi & extendi posse, non ambigimus, cum & feudalis qualitas pactis modificari valeat. arg. 1. F. 1. §. 2. & 3. hinc in jure feudali pactum saepius lex dicitur 2. F. 48. imo & tenor investituræ. 2. Feud. 18. & 2. F. 2. §. ult. Bitfch. in *Comment. jur. feudal.* in Indice. voce: *pactum.* quare etiam pacta in jure civili legem contractui dare dicuntur. L. 23. ff. de R. J. his ipsis quoque traditiones rerum formam suam accipere palam est ex L. 48. ff. de *pact.* hic pariter spectat Jus Patrium in Reform. tit. XXIII. L. 11. vers. Wann einer einen Hof oder Gut auf dem Land einem Pauersmann verleyhet, ohne ausdrückliche Bedingung, ob er dasselbig Gut in eigener Person beziehen oder besitzen soll, so stehtet es in des Eigenherm Macht und Gelegenheit, dem Pauersmann aufzulegen, das Erbgut selbst persönlich zu beziehen und zu besitzen, oder in einer bestimmten Zeit zu verkauffen, welchem auch der Erbmann zu gehorsamen schuldig seyn soll. Schilter. *de Cur. dominic.* §. XIX. & XIX.

## IX.

Ex hisce latius recensitis fundamentis satisclare dispalescit, quod rationes supra in contrarium adductæ, nostræ jurisdictioni vel minime contrariantur: quamvis enim quoad (I.) dubitandi rationem haud sit inficiandum, quod nulli privato competit ulla jurisdictione, neque haec pactis privatorum transferri possit. L. 3. C. de *jurisd.* Matth. Stephan.

220

Stephan. de Jurisd. cap. 1. n. 66. attamen præsens nostra jurisdic<sup>tio</sup> Germaniæ emphyteusi annexa , non sine voluntate Legislatoris exercetur vel tacita vel expressa , illa dilucide satis colligitur ex moribus Germaniæ , dum illi non tantum permittunt emphyteusin tradere sub lege aliquali fidelitatis , quo in casu omnes emphyteusin constituentes , ad instar Dominorum feudi jurisdictioñis quan-  
dam speciem consequuntur. Schilt. Exerc. ad 11. XVI. th. 92.  
Titius im T. 2. R. cap. 6. §. 28. & seq. Mauritius decad. 4.  
post. feudal. 2. Freherus laudatus à Wurffbainio in Differ.  
Jur. Civ. & Nor. p. m. 278. Hæc autem voluntas expressa  
Legislatoris pariter constat ex jure Feudali Alemannico  
cap. CXXV. sub rubrica : von Zins- & Lehen-Rechte. nec non  
ex jure feudali Saxonico cap. 69. confer. Schilter. de Cur.  
Domin. §. X. cui convenit Jus Marchicum à Stryk. Diff.  
de Jurisdic<sup>t</sup>. circumsepta cap. 2. n. 5. hisce verbis adductum :  
Dieweil zum öffteren vorfällt, daß einer etwa von Adel in ei-  
nem Dorfe das höchste und niedrigste Gericht hat, und einem  
andern von Adel einer oder mehr Höfe mit den Gerichten auch  
darinnen verliehen seyn, in welchen Fall dann der eine der Dör-  
fer Straßengerichte : der ander aber auf seinen Höfen die  
Gerichte binnem Zauns hat ic. Id quod etiam in Ordinat.  
Provinc. Saxon. Coburgens. confirmatum extat, ubi  
Nobilibus in suos emphyteutas & censitos , auf ihre Eb-  
Zins- & Leuthen und Hinderassen , parilis jurisdictio expressim  
permittitur , & in Suevia atque Bavaria , nec non Fran-  
conia ad prædia certorum rusticorum restrictam , legibus  
publicis adprobata invenitur. Ant. Guil. Ertel in Praxi au-  
rea de jurisdic<sup>t</sup>. infer. Lib. 1. cap. 1. obs. 8. & 10. Wehner. in  
Observ. præct. voce Vogthen. quibus juribus concordat Jus  
Patrium tit. XXIII. Leg. 9. & 11. & L. 16. nec non in Addit.  
Decreto Senatus Illustris d. 17. Jan. 1609. Hinc omnino

D 2

sine

fine omni fundamento in ratione dubitandi prima assertur: quod Domini emphyteuseos, privata duntaxat auctoritate in illis locis, ubi ea jurisdictione eisdem expressim non est à Legislatore denegata, suam jurisdictionem exerceant, cum publica Legislatoris auctoritas satis eandem, vel conniventia sua atque observantiae permisso, vel legge specifico lata firmavit. Brunnem. *consil. penult. n. 156.* Ast secus se res tum demum habet, si Legislator cujusdam loci suis subditis eandem jurisdictionem prædiis eorundem emphyteuticis annexam, nec indultam nec concessam esse voluit: potest enim dominium directum emphyteuticum existere sub reservata Legislatori jurisdictione. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 6. n. 4.* nam hujus jurisdictionis concessio à voluntate Domini territorii, ceu Legislatore dependet. arg. *L. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* utpote qui unicus jurisdictionis fons est, unde omnis jurisdictione vel ejusdem esse, vel ab ejusdem voluntate, aut tacita aut expressa manasse putatur, Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. Lib. 3. tit. 12. def. 17. pr.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 87. n. 3.* Brunnem. *consil. 169. n. 7. & 153.*

## X.

Nee (Hda) Ratio dubitandi supra commemorata jurisdictioni præsenti emphyteuticæ adversatur, quod nemmo in causa propria, ubi commodum vel damnum ejusdem subversatur, possit sibi causæ cognitionem de jure arrogare, sicque nec Dominus emphyteuseos Germaniæ in causa propria sibimet ipsi jus dicere. Mev. *P. II. De ijs. 215.* Cum ex moderna Germaniæ praxi, utique Domini jurisdictiones etiam in causa propria, optimo jure cognitionem fuscipere valeant, ceu late monet Zaius Germaniæ Jure-Consultus *ad Leg. 10. ff. de jurisdict.*

n. 13.

n. 13. & 28. Mev. P. IV. decis. 230. Berlich. part. I. concl. 3.  
 n. 7. id quod & Richter. vol. 2. consil. 259. n. 10. nec non  
 B. Lyncke Resp. XX. n. 14. in fine. statuminant, ita ut etiam  
 Nobilibus eandem facultatem in causis suorum rusticorum  
 & subditorum judicandi, quanquam proprium com-  
 modum & damnum concernant, quam minime deneget  
 Ziegler ad Aur. Prax. Nicol. Calvoli. §. nobiles. concl. 1. à n. 17.  
 & 21. utut enim id suspicione carere haud videatur, cum  
 tamen de consuetudine & stylo judiciorum, acta ad con-  
 silium sapientum eo casu transmitti soleant, hinc etiam  
 fundatum esse iudicium Nobilium & Dominorum em-  
 phyteuticorum in subditos & emphyteutas hodierno usu  
 stipati sine hæfstatione adstruimus cum Zigler. dict. loc.  
 Berlich. decis. 109. per tot. Zanger. de Except. part. 2. cap. I.  
 n. 408. Carpzov. Lib. II. Respons. 14. n. 4. & seq. nec non 8.  
 Quamobrem facilis negotio poterit responderi ad L. unic.  
 C. ne quis in propria cauf. quæ cavit, ne ullus in propria  
 causa munere judicantis fungatur, qua innixa erat alte-  
 ra ratio supra in contrarium obmota, quod ea capienda  
 & intelligenda quidem sit, ex hypothesi juris Romanii de ju-  
 risdictione officiali, non autem ea ex hypothesi juris Germanici  
 possit applicari ad jurisdictionem patrimonialem,  
 cuius speciem Dominorum emphyteuticorum præsens  
 nostra jurisdictione constituit, utpote de qua hodie cum  
 primis aliter sentiendum venit. B. D. Lincke in Respons. Alt-  
 Altorffin. XX. n. 20. & seqq. apud B. D. Leuchtium.

## XI.

Multo minus (III)ia superius adducta dubitandi ra-  
 tio quicquam efficit præsenti jurisdictioni, quando con-  
 tenditur, quod ea privatis pactis investiturarum dari ne-  
 queat, per L. 3. C. de jurisdict. & L. 38. ff. de pact. Matthias

D 3

Stephan,

Stephan. de jurisdict. Lib. 1. cap. 1. num. 66. nam eo ipso, dum Legislatoris voluntas vel expressa veltacita circa eandem concurrit, concedens & permittens Dominis emphyteuticis jurisdictionem istam, in siuos emphyteutas exercendam, quam minime potest prædicari, ac si pactis privatorum investiturarum eadem jurisdictio innitatur: nam illa, quatenus est emphyteusi hodiernæ annexa, partim moribus Germanorum, qui vim juris scripti habent, & legem imitantur, §. 9. Inst. de J. N. G. & C. L. 32. & seqq. ff. de Legib. partim etiam constitutionibus provincialibus suos natales & fundamentum debet, sicuti supra ex Schilter. de Cur. dominic. §. XV. Dn. L. B. de Lyncker. Cent. IX. decis. 886. Ertel in Prax. Aur. de jurisdict. infer. p. 1. cap. 1. obs. 8. Leipold. de concurrent. jurisdict. in Imp. Rom. Germ. q. 12. Strykio de jurisdict. circumsept. cap. 2. per tot. B. D. Linkio de Vogteia c. 2. n. 7. Wurffbain. & ibidem ci-tat. Marquardo Freher. aliquis ivimus demonstratum. Est enim Legislator jurisdictionis fons, ex quo ea derivatur & deducitur. Ant. Faber. in Cod. Sabaud. Lib. 3. tit. 12. defin. 17. in pr. Rosenthal. de feud. cap 5. concl. 87. n. 3. si hic Dominis emphyteuticis suæ Legislationi subiectis concedit facultatem, per investitaram emphyteuticariam jurisdictionem acquirendi, dubio procul ipsi isthac sua jurisdictione, ex publica hujus concessionē utuntur atque fruuntur. L. 1. C. de jurisdict. & L. 1. ff. de eo cui mand. est jurisdict. & L. 1. ff. de Constit. princip. Pauermeister. de jurisdict. Lib. 1. cap. 9. n. 9. & quidem sub ejusdem auctoritate & voluntate, variis modis manifestata, quibus utique fas est huic talem speciem jurisdictionis in alios, pro libero suo arbitrio transferendi, sive investitura, sive privilegiaria concessione, sive etiam ordinaria Legislatione & nomothetia, imo etiam tacita sua voluntate duntaxat, & conniven-tia,

tia, per concessum usum declarata, cuius taciti consensus eadem ac expressi est natura & ratio. *L. cum quid. 3. ff. de reb. cred.* illa enim taciturnitas ita accommodata Legis scriptae efficaciam prodit. *§. 9. Inst. de J. N. G. & C. L. 32. ff. de LLbus.* & Legislator talis, ut uno saltem modo jurisdictionem isthanc concedat, adstrictus non est, sed quo-cunque modo voluntatem suam enixam declarat Legis instar valet. *L. 1. ff. de Constitut. princip.* ast satis abunde indicat voluntatem superioris recensita ratione, qua adeo palam emphyteuseos Dominis talem jurisdictionem indulget. Jason. in *L. quoties. n. 5. & 10. C. de rei vindic.*

## XII.

Nec denique (IV) hisce in medium allatis rationibus & fundamentis adversatur, quod in una vel altera provincia Germaniae, voluntatem Legislatoris eo modo manifestatam haud deprehendere liceat, ut Dominis emphyteuticis in suos emphyteutas talem jurisdictionem concesserit, sed hujus exercitium in eosdem potius ipse retinuerit: Legislator enim loci ac provinciae generalem Germaniae consuetudinem & morem, quoad suos subditos, qui sunt de ejusdem territorio, ubique restringere, & sibi omnem jurisdictionem reservare potest. arg. *§. pen. Inst. de J. N. G. & C. Rosenthal. de feud. cap. V. concl. 6.* sic & Legislator Patriæ tit. *XXIII. Leg. 1. versicul.* thut er ic. in emphyteutas intra urbem & moenia constitutos Dominis emphyteuticis talem jurisdictionem pariter non dedit, sed eandem sibi exercendam retinuit, de quo casu etiam Klock. *Tom. 1. Consil. X. n. 611.* nec non verba *Responſi XIX.* apud Fabianum Wilderic. Strengum sunt capienda: Den andern Punct der vorbehaltenen Jurisdiction, Geboth und Verboth betreffend, dieweilen in der Beylag lit. A.

ausdrück

ausdrücklich enthalten, daß dieses Gartens Eigen-Herrschaft bishero berechtigter gewesen, die Gärtner, Beständner und Zinwohner in Verspruch zu nehmen, zu verpflichten, und mit ihren Kindern und Haufgesind in begebenen Fällen zu rechtfertigen und zu straffen, und also in diesem passu ausdrücklich sonderlich assertiret wird, daß vorhero diese Gerechtigkeit bey dem Eigenthum über den Garten gewesen, dergleichen Worte beyin einigen Punct das Erbhandlohn betreffend, nicht zu befinden, dannenhero Nigrinus in denen Gedanken gestanden, ob seyn dem Eigenthum dergleichen Geboth und Verboth jederzeit zu gestanden, und darauf seinen Sinn in paciscendo gerichtet, und also ex præsupposito geschlossen, und da nun das præsuppositum nicht eintrifft, wie darvon in den andern Beslagen nichts enthalten, auch sonst die Observanz nicht behgebracht und dargethan werden möchte, so ist dahero Pilurius als Eigenherr Krafft angeführten pacti der Jurisdiction über den Garten sich anzumassen nicht befugt. Gemina tradit Wehner. in Observ. Praet. voc. Bogthen. post n. 37. p. m. 489. in verbis: Wo aber einige Herrschafften über ihre Hintersassen oder Lehnleute keine Bogthenische Obrigkeit oder Jurisdictionem bassam mit haben: da haben sie ein mehrers nicht zu suchen auf ihren Lehnleuten und Lehen, als Handlohn, Zins, Gült, mehrers nicht, was sie weiters zu sprechen, müssen sie es vor dem Bogtherm thun, da klagen, Recht geben und nehmen.

### XIII.

Verum enim vero, memorata hæc reservata jurisdictione Legislatoris unius vel alterius loci & provinciae in Germania, duntaxat circa proprios Legislatoris subditos capienda & intelligenda est. arg. L. f. ff. de jurisdic. nec ea extendi atque porrigi debet ad aliorum Legislatorum subditos ab ejusdem jurisdictione exemptos. Mev. P. 2. decisi.

decis. 30. & decis. 185. n. 7. cum paria sint non esse de territorio, seu extra territorium & exemptum. Jason. in L. fin. n. 5. ff. de jurisdic<sup>t</sup>. Surdus decis. 129. n. 17. Ming. de superior. territor. cap. 1. conclus. 16. Vietor. de exempt. concl. 27. Zigler. ad aur. Prax. Calvoli commun. conclus. §. Landfass. n. 22. & seqq. id quod ipsa rei veritas, atque quotidiana obser- vantia & consuetudin, optima rerum magistra, satis clare comprobat. Pfeffinger. ad Vitriar. Lib. 3. tit. 19. §. 4. nota D. ubi eum, qui est in territorio, non statim eundem esse de territorio adstruit, hinc Dn. Burgermeister. de Statu Equestr. pos. 1. cap. 4. n. 28. & 29. ratione Franken inquit: Dass darinnen kein Fürst antiquitus eben so wenig ein beschloß- sen Land oder Fürstenthum gehabt, sondern wo und an wel- chem Ort, mitten oder zu End derselben Fürsten Land gelegen, die Grafen Herren von Adel und Reichs- Städte wohnen, ihre Graffschaffen, Herrschaffen, Schlöß- ser, Sitz, Häuser, Dörffer, Unterthanen und Güter haben, daselbst das Land nicht dero selben Fürsten, sondern des ge- ringen Standes, so daselbst wohnet, sey, ist vor langen Jah- ren mit mehrern an- und ausgeführt worden. Consentit Dn. L. B. de Lyncker Centur. IX. decis. 814. circ. fin. in ver- bis: Womöder dann der Titul des Herzogs in Franken nichts thut; sonst sehr viele hohe Geist- und Weltliche Stände, de- ren territoria in Franken befindlich, dessen Superiorität wür- den unterwürfig seyn; da doch die dessfalls denen Ständen des Fränkischen Kreyses, in Facie Imperii, von dem Kaiser Ca- rolo V. gegeben, und bei dem Limnaeo befindliche Declara- tion und Verwahrung bekandt; wie auch, daß die parieta- ria: quod in territorio est, idem est quoque sub territo- rio, nur allein in geschlossenen territoriis, nicht aber in ganzen Reichs-Creysen, oder doch nicht in denen, so mit eingemengte  
 E  
 Stände

Stände haben, angehen. Imo hanc assertionem optime omnium declarant verba Gloriosissimi Cæsarisi Caroli V. in privilegio An. 1545. Reipublicæ patriæ clementissime indulto, atque ob merita multaque fidelia servitia concessa, sequentis tenoris: Dass auch am Nordgau, im Land zu Franken, und sonderlich in denen Gegenden allenthalben um Nürnberg, mancherley Herrschaftt, Land und Güter durcheinander gemengt und gemischt seyn, und je eine Herrschaftt in der andern hohen Fraßlichen, Peinlichen Malefizischen Obrigkeit Leute und Güter habe, auch daselbst von Alters in alhweg und noch also gehalten herkommen und gebraucht, dass eine jede Herrschaftt auf Ihr und der Thriegen Leuten, auch derselben Güter, alle Nieder-Gerichtsbarkeit, Frevel, Straff, Gebot, Verboth und Herrlichkeit hat, unverhindert ob dieselben in einer andern hohen Malefiz-Obrigkeit wohnen, sitzen und gelegen, wie dann auch nach Unser und des Reichs Rechten, solche Nieder-Gerichtsbarkeit, Straff, Gebot, Verboth, der Malifiz-Obrigkeit gar mit anhangig, sondern unterschiedliche Personen und Herrschaften, nemlich die Hohe bey einem, und die Niedere bey einem andern wohl seyn mögen, und sonderlich dieweilen es dieser Ort bey denen von der Ritterschafft, Prälaten, Edelleuten, und andern, im geben und nehmen, also gehalten worden, und nach solcher Gestalt gehalten und gebraucht werden soll. Vid. latius Generosi Dn. Christoph. Theophilii Scheurlis de Defersdorff in *Diss. de Territ. claus. & non claus.* cap. 2. n. 3. Nec minus porro hoc nostrum assertum satis illustrat & id, quod etiam Ordo immediatus Equestris feuda sua ac nobilia prædia in Ducum & Principum centenis habeat, & tamen ab horum jurisdictione exemptus sit, ceu dilucide ob oculos ponit Mulichius in *Dissert. de Nobilib. Imper. immediat. exempt. à jurisdicç. th. 6. & 7.* addatur Fabri

Staates

240.

Staats-Cantzley part. 4. cap. 1. fascic. 5. p. 147. & p. 153.  
 nec non Casp. Londorp. in Act. publ. Tom. IV. Lib. II. cap  
 XIII. fol. m. 237. nec minus Goldast. in Politischen Reich §  
 Handel, p. m. 991. & 992. laudatus Generofus Dn. Christo-  
 ph. Theophil. Scheurl de Defersdorff Dissert. de Territ.  
*claus. & non claus. sive mixto sub moderamine DN. PRÆSID IS*  
*ventilata cap. 2. §. 4. per tot.*

## XIV.

Exinde facilis negotio venit conjecturanda ratio, cur Do-  
 minis emphyteuseos, sub Legislatoris Norici jurisdictione  
 domiciliatis, de jure non possit controverti & in dubium  
 vocari jurisdictione, quam ipsi in suis emphyteutas, quan-  
 quam sub aliorum Principum & Dominorum mixto ter-  
 ritorio, ac centenis constitutos, & cum eorundem sub-  
 ditis mixtum habitantes, exercent, quia Legislator Patriæ  
 hisce civibus & subditis, sua Legislatione optimo maxi-  
 moque jure ejusmodi jurisdictionem exercendam con-  
 cedere potuit. L. 3. & 12. C. de Legib. & L. 2. ff. eod. L. 7. C.  
 de jurisdictione omnium judic. licet enim illorum prædia emphy-  
 teutica, quæ affecta sunt dominio emphyteuseos, mit der  
 Eigen-Herrschaft, alibi sita, prætendantur in territorio e-  
 jus Principis esse, sub quo sunt sita, attamen non sunt  
 de territorio ejusdem, nec illius dominio territoriali sub-  
 jecta, cum multum interfit, in eines Fürsten Land und  
 Obrigkeit seyn, und eines Fürsten Land und Obrigkeit unter-  
 worffen seyn, IN solummodo denotat situm, vel etiam  
 proprium & separatum territorium in alterius territorio,  
 ut adeo provinciarum Domini nihil ipsis præcipendi ju-  
 ris habeant. Meichsner. Tom. 2. Lib. I. decis. 8. n. 43. nam

E 2

à juris-



a jurisdictione alicujus exemptum esse, idem est, ac extra territorium versari. Mev. P. 2. decis. 30. quare proprie loquendo, quicquid sub territorio, der Landes-Obrig-keit, continetur, etiam ejusdem jurisdictioni subesse dicitur, hinc aliud est à territorio, aliud sub territorio, aliud in territorio alicujus bona possidere, nam illud causam possessionis, istud subjectionem, hoc situm ostendit. Zacharias Vietor. de causa exempt. conclus. 28. Eidenbach. nobil. quæst. 1. n. 5. Lindenpiir. de Imper. mutat. cap. 30. n. 95. Fidem optimam huic assertioni faciunt Recessus Imperii de Anno 1500. §. Solche sollen. verba: Doch daß ein jeder nicht mehr dann an dem End, da er gesessen ist, von allen dem seinen, es liege wo es wolle, zugegen geschäget werde sc. cui concordat Recessus Imperii de Anno 1542. §. Dieweil aber etliche Beschwerung. 68. ubi unanimi Imperii consensu constitutum: daß ein jeder Thür-Hürst, Hürst, Geistlicher oder Weltlicher, Prälat, Graf und Freyherr und von Adel, auch die Frey- und Reichs-Stadt bey Pflichten und Gewissen ihr gebührende Anlage von allem ihrem Haab und Gütern beweglichen und unbeweglichen, sie seyn wo sie wollen, allein an dem Ort, da er gesessen ist, entrichten soll. Idem confirmat Recessus Imperii de Anno 1544. §. Damit aber solche Ordnung. 45. in verbis: So sezen, meynen und wollen wir, hiermit ernstlich befehlend, daß ein jeder allein an dem Ort, da er gesessen, sein Anlag dieser Defension Hülfse geben von allen seinen Haab und Gütern, sie seyn Lehen oder eigen, so er allenthalben hat, unverhindert, wo die in, oder außerhalb des Reichs seynd oder liegen, und daß kein Stand dem andern oder derselben Unterthanen darüber trünge, noch auch anderer, so unter ihm gelegen, dieser Anlag halber belege, nehme noch aufhalte, alles bey Poen und Straffe Unser und des Heil. Röm. Reichs

Reichs Acht und Ober-Acht. Id omne vel ideo sanctum esse manifestae rationis est, quia bona nostra ubicunque sita sunt, pro uno nostro patrimonio censerit debent. L. Jurisperitos. 30. §. 1. ff. de *Excusat.* & locus, ubi res sita, cum loco domicilii conjungi debet, hic enim ut potentior trahit ad se locum rei sitae, ne una res diverso jure censeatur, siquidem accessorium, quod in praesenti casu bona alibi sita constituant, sum principale, nempe possessoris patrimonium loci domicilii sequi debet. L. 178. ff. de R. J. cap. accessorium. 42. de R. J. in 6. ibique Petrus Peckius. Cum ergo impositio collectae jurisdictionem, jurisdictione vero subjectionem praesupponat, hinc optimo jure colligendum venit, quod etiam Legislator Noricus, in ejusmodi bona emphyteutica, in quae cives & membra Reipublicæ directum emphyteuseos dominium habent, ubicunque illa sint sita, his ipsis jurisdictionem quandam restrictam concedere atque permittere valeat, cum & limites Legislationis Noricæ ubique se porrigan ad bona eorundem civibus propria, idque ex confirmatione Imperatoria in Capitulat. Imperii Ferdinandi III. atque IV. nec non Gloriosissimi Leopoldi I. §. 3. ibi: Keinen Chur-Fürsten und Stand, die unmittelbare Reichs-Ritterchaft mit begriffen, seine Landsassen, Unterthanen, und mit Landsfürstlichen auch andern Pflichten zugethane eingesessene und zum Land gehörige, von der Bortmässigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Landsfürstlicher hoher Obrigkeit, und sonstigen rechtmässig hergebrachten eximieren und befreien, noch andern solches gesattten. Thom. Ulric. Lauterbach de *condomin. territ.* cap. IV. §. 3. in fin.

E 3

CAP.

CAP. III.

DE EFFECTIBVS JVRISDICTIONIS  
EMPHYTEVSI GERMANIAE ANNEXAE.

## S V M M A R I A.

- I. Continet Effectum (I.) presentis jurisdictionis, nempe investituram eisque renovationem, sub pena non negligendam.
- II. Proponit effectum (II.) istius jurisdictionis, scilicet exactionem iuramenti, der Lohn- und Erb Pflicht/ non tantum ipsorum emphyteutarum, sed & quandoque ex statuto eorundem inquitinorum, derer Be- standner.
- III. Exhibet effectum (III.) scilicet cognitionem, tam in causa civilibus, quam levioribus delictis, ubique inter terminos & limites emphyteuticos, sese continentem.
- IV. Speciatim adducit actus voluntarios et contentiosos sub hac jurisdictione comprehensos, atque ubique cum restringione ad praedicta emphyteutica & eorundem possessores.
- V. Indigitat Legislatoris Patre reservationem hujus jurisdictionis, in pra-
- dia emphytentica intra urbem, & ejusdem mania, atque hujus jurisdictionis concessionem in predia emphyteutica extra urbem sita.
- VI. Tradit effectum (IV.) nostrae jurisdictionis circa laudemium maius & minus.
- VII. Indicat gallina exactionem pro effectu (V.) presentis jurisdictionis.
- VIII. Effectum (VI.) hujus jurisdictionis confidere docet in resolutione ad limites praedicta emphyteutica & ejusdem personas, & simul sensum genitum hujus restrictionis exponit.
- IX. Comprehendit denique (VII.) effectum in concurrentia Domini jurisdictionis in universum, & Domini jurisdictionis communis alio, universitatis, cum presentis nostrae jurisdictionis Domino, insimul coram huic exercitio Academico imponit.

## I.

**E**xposito fundamento jurisdictionis emphyteuticos Germaniae, nunc Effectus ejusdem indigitare ab instituto nostro non alienum erit, hos inter cumprimis jus investiture solennis, eisque renovatio (I) sese offert, ut ut enim haec ipsa juri civili sit incognita, tamen juri Germanico, sicuti Capite priori demonstratum ivimus, sat nota est, quia bona emphyteutica hodie se ad instar feudi

feudi habent. Schilter. *Exercit. ad π. XVI. th. 92.* hinc etiam est, quod non aliter nisi per investituram ista bona concedantur. Frantz. *de laudem. cap. IV. num. 14. cap. V. num. 10.* Wurffbain *de different. jur. Civ. & Noric. class. I. membr. 2.* th. 77. & in addit. n. 120. Jus Feud. Alemanni *cap. CXXV.* in pr. ibi: Lihet ein Herr viel Mannen Sins Lehen ic. & Schile. *de Cur. Dominic. §. 15.* id quod etiam conveniens est Reformationi Noricæ tit. *XXIII. l. 13. §. 6.* es wäre dann. ibi: das Erb = Gut geliehen werde. & §. wenn dann. ibi: vñn einig Hand-Lohn geliehen werde. Hæc investitura sicuti moribus Germanorum in traditione bonorum immobilium usu invaluit, dum hisce non tantummodo literæ emtionis & venditionis sub judiciali auctoritate expediuntur, sed & coram competente judice, venditor suo dominio quodammodo renunciat, & emtori id tradit, indem er sein Gut und Eigenthum aufäst, sich dessen verziehet, und hingegen dem emtori solches vermittels Zuschriftung in das Erb-Buch zum Eigenthum übergivet. Roth. *Dissert. de Resignat. domin. judic. th. 2.* Struv. *Exerc. ad π. XXIII. th. 108.* ibique Petr. Müller. *in not. lit. B. & D.* ita multo magis isthanc investituram bona emphyteutica exigere rationis est, cum hæc ipsa moribus Germanorum præ se habeant speciem feudi, hinc etiam feuda exigua, Erb-Bürger- und Bauer-Lehen, dicuntur. Dn. L. B. de Lyncker. *Resp. 132. n. 34.* quæ absque investitura non possidentur. arg. 4. F. 4. & 5. Frantz. *de laudem. cap. V. n. 10. & 11.* Schilter. *Exercit. ad π. XVI. th. 92.* nec non *de Cur. dominic. §. XV.* quo cum Germanorum more etiam convenit tam consuetudo Sabaudiae, de qua Anton. Faber. *Lib. IV. def. 1.* quām jus Prutenicum *Lib. 4. tit. 9. art. 11. §. 5.* Wir sezen und ordnen auch ferner, daß der emphyteuta und Erb-Zinsmann nicht

nicht soll Macht haben dem Verleiher oder Erbherrn das bestandene Gut seines Gefallens wieder aufzusagen gegen dessen Willen. Generos. D.N. Johannes Carolus Scheurl de Defersdorff *in Dissertat. Jurium Peculiar. Reipublica Noribergens. sub moderamine Domini Præsidis ventilata Cap. IV. §. 9. p. 76. n. 14.* Wurffbain. *in differ. Juris Civil. & Noric. class. I. membr. 2. sct. 2. §. 27.* Maurit. *Dec. XI. pos. feud. th. 6. Hom. jurispr. feud. cap. XVII. §. 18.* hujus investituræ ejusque renovationis negleitus intra tempus anni & diei civiliter computandi, amissionem prædicti emphyteutici, attamen si mitius cum emphyteuta agitur, omnino multam meretur. Struv. *S. F. J. cap. 10. th. 11.* Ludvvel. *tract. Synopt. cap. II. pag. 437.*

## II.

Alter effectus jurisdictionis emphyteusi huic annexæ est, quod Dominus directus possit ab emphyteuta suo exiere juramentum fidelitatis, die Lehen oder Erb-Pflicht. arg. 2. F. 4. s. 6. & 7. nam hoc juramentum investituram necessario ex præscripto juris feudalis sequitur, licet quandoque præposterior fiat, ut juramentum hocce investituram antecedat. Ant. *Diss. feud. IV. thes. 8. lit. a.* si autem plures sunt emphyteutæ investiendi, vel Corpus, vel Collegium, vel Vniversitas, solet vel ex hisce pluribus, vel ex corpore universitatis aliquis eligi, qui omnium nomine investituram accipit, hic vocatur Vicarius vasallus vel emphyteuta, der Lehen-Träger. Besold. *in Thesaur Practic. sub voce: Lehen-Träger.* Jure patrio speciatim appellatur hoc juramentum, die Erb-Pflicht. tit. XXIII. L. 13. vers. es wäre dann. *in fin. ibi:* auf gebührentliche Erb-Pflicht das Gut geliehen werden, cuius juramenti in eadem Leg. 13. Reform. Noric. saepius

242.

sæpius mentio injicitur, vi hujus juramenti emphateuta solennibus verbis, erectis duobus digitis, jurare cogitur, se domino fidelem fore, commoda promoturum, damna aversurum, & venerationem præstirum, er wolle ihn und seine Erben vor seinen Eigenherren erkennen und halten, auch keinen Schutz und Vorspruchs-Herrn annehmen und haben, ihme und seinen Erben getreu und gewehr seyn, ihren Nutzen fördern, und vor Schaden warnen, auch bestes Fleisches wenden. Wurffbain. in Differ. jur. Civ. & Noric. class. 1. membr. 2. setz. 2. n. 77. imo & Domini emphyteuseos vi Decreti Additional. Senatus Illustris Norici d. 17. Jan. 1609. jure postulant, ut sui emphyteitæ, hortos eorundem extra urbem jure emphyteutico colentes & possidentes, inquilinos suos & conductores ipsis ad juramenti præstationem & recognitionem jurisdictionis eorundem, fstant secundum laudati Decreti verba: Solche aufgenommene Beständtner dem Eigenherren ohnverzüglich, zu gebührender Verpflichtung und Verspruch und Auflegung ihrer habenden Abschied, zu stellen, und wann sie von den Gärten wieder abzuziehen Vorhabens, der neuen Abschiede halber, gleichfalls an die Herrschaft zu verweisen schuldig seyn sollen. Et porro: Damit aber auch über dieser Ordnung steiffer gehalten werde, so will E. E. Rath hiermit alle und jede Eigenherren vermahnet, und ihnen ernstlich befohlen haben, hinführer keinem Erbmann solche ihre Gärten und Zinshäuser zu leihen, sie haben dann zuvor zugesagt und versprochen ihnen die eingetommene Beständtner zu Pflichten, und sonst, so oft die Nothdurft erfordert, zu stellen.

## III.

Nec minus præsentis nostræ jurisdictionis emphyteuticariæ effectus est, quod Domini directi eadem stipendi habeant jus, tam in causis civilibus, quam etiam in delictis

F

lictis



lietis levioribus, in Trevel Sachen, cognoscendi, & sententi-  
am dicendi: siquidem haec jurisdictio est species Vogtheiae,  
restrictæ, cui omnino cohæret ejusmodi cognitio, non so-  
lum judicandi in causis civilibus, sed & in levioribus de-  
lietis, quæ nec cruciatum corporis, nec paenam mortis  
important atque merentur. Besold. *Consil. 233. n. 131.*  
Faciunt huc verba Marquard. Freheri JCti apud Wurff-  
bain. *de Differ. jur. Civ. & Noric. p. m. 278.* Gebrauch in  
Franken und sonderlich umb Nürnberg, daß ein jeder auf sei-  
nem Hintersassen (ungeacht in was hoher Obrigkeit die geset-  
zen) alle niedere Gerichtsharkeit in Trevel und Straß, Geboth  
und Verboth und dergleichen Herrlichkeiten habe. Haec ju-  
risdictio, utut originariè in investitura feudali sit radicata,  
tamen usu & observantia, secundum quam omnis qual-  
itas jurisdictionis præprimis judicanda venit. Besold.  
*Thes. Praet. voce: Observanz. Bidenbach. quaest. nobil. 1. n. 2.*  
Harprecht. *Consil. Tubing. 49. n. 56. & 57.* omnino sua ubi-  
que incrementa & augmenta accepit, adinstar jurisdictionis feudalis Landsässicæ, quæ vasallum Landsässium  
omni cognitioni Domini feudi, in omnibus causis subji-  
cit. Schilt. *Ex. ad n. XIII. th. 26. & 27.* unde etiam emphy-  
teutæ tales hodie Hintersassen dicuntur, qui potestati &  
jurisdictioni alicujus subjecti sunt seu subditi. Gylmann.  
*tom. 1. Sympb. Cam. part. 2. vot. 6. n. 102. fol. 82.* Wehner.  
*praet. obs. voce: Untersäß. & voce: Hintersassen.* Nam jurisdi-  
ctione ista semel fundata, effectum suum perinde ut  
alia jurisdictio exserat necessum est, modo tamen cum  
restrictione sua, i. e. intra terminos limitum, ad quos re-  
strictione est facta, auf derer Zins-Lehen und eigen Gütern,  
Bezirk und vier Pfählen, und so weit der Eigenherr den Em-  
phyteutam oder Eigen oder Erbmann mit Thür und Angel  
beschleust, exerceatur. Leipold. *de concurr. jurisdict. quaest. 13.*  
Stryk.

244

Stryk. in *Dissertat. de jurisdict. circumsepta cap. 4. n. 7.*  
*& 8.*

*IV.*

Ceterum Dominus emphyteuticus vi jurisdictionis sibi competentis, omnes actus tam voluntariæ, quam contentioſæ jurisdictionis exerceſt. Lauterb. *conclus. forenſ.* exerceſit. *V. concl. 1.* testamenta nempe ſua auſtoritate judiciali, yi juris protocolli & actorum judicialium, conſirmat. arg. *L. 18. & 19. C. de testament.* donationes eas corroboraſt, quæ jure præscriptam furnam excedunt. Lauterb. *Difſert. Tubing.* de jurisdict. volunt. §. 21. usq. ad 25. & §. 32. atque §. 37. nec minus alienationes, hypothecas & permutaſtiones ſuo conſenſu munit, cit. Lauterb. §. 40. & 41. Reform. Noric. tit. 23. *L. 12.* inventaria conficit, tutores conſtituit, cautiones ſive instrumenta contractuum ſigillat & obſignat, requiſitorias literas & documenta judicialia expedit, jus protocolli, nec non visitandi domos ſuæ jurisdictioni ſubjectas habet, arreſta imponit, jure ſubhaſtandi & exequendi utitur, prædia, quæ ejusdem jurisdictioni ſubſunt, commensurari curat, imo etiam alia, quæ ad conſervationem & tuitionem ſuæ jurisdictionis conducunt, ſicque mixtum imperium adhibet, ſiquidem iſti effectus omnes jurisdictioni civili & inferiori, ſive juri vogtheſco, licet reſtricto, adhærent. Ertel. de jurisdict. infer. *P. 1. cap. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 30. 31. & 35.* B. Linck. in *Difſ. de Vogteia cap. 3. §. 12. 13. & 14.* præſens enim jurisdictione eſt etiam Vogteia species, licet particularis reſtrictæ ſive limitatæ, der kleinen Vogttheyllichkeit, unde non potest non effectus jurisdictionis civilis involvere, quoad prædia emphyteutica, & eorundem poſſeffores, huic jurisdictioni ſubjectos. Leipold. de concurr. jurisdict. quaſt. *XIII. circ. fin.* B. Linck. de *Vogteia cap. 3. §. 4.*

F 2

De

De Jure Norico tamen, si de fundis & praediis emphyteuticis controversia & lis talis est oborta, quam ipse Dominus emphyteuseos absque prolixa indagine & judiciali strepitu definire hæsitat, solet ad ejusdem requisitionem judicium Provinciale Noricum, das Land- und Bauern-Gericht, hujus decisionem suscipere. Reform. Noric. tit. I. L. 3. in verbis: Alle und jede rechtliche r. Maxime Generos. DN. Christoph. Scheurl de Defersdorff, divers. S. R. Imp. Princip. & Reipubl. Norimb. Consil. excellenter meritus, in *Dissert. de Judiciis Reipubl. Norib.* cap. IV. §. 3. imo etiam delicta in Reform. Noric. tit. I. L. 5. vers. Es sollen auch expressa, Dominus emphyteuseos pro suo arbitrio ad judicium Quinquevirale solennis discussio- nis causa remittere potest, ita tamen, ut ipsi portio mulctæ, a laudato hoc Judicio emphyteutæ impositæ, ex usu atque observantia determinata relinquantur.

## V.

Vtut legislator Patriæ Dominis emphyteuticis in prædia emphyteutica, inter moenia Vrbis & muros sita, & in eorundem possessores in eadem habitantes, nullam ejusmodi jurisdictionis figuram concederit. Reformat. Nor. tit. 23. L. 1. vers. Thät er aber r. ibi: So mag der Eigenherz ihm auf dem Erb mit Execution zu verhelffen im Gericht ansuchen. Dum sibi eandem jurisdictionem in suos cives & incolas reservare, & hosce potius a se, quam ab alio judicari maluit Wurffbain. in diff. Jur. Civ. & Noric. class. I. membr. 2. sect. 2. th. 77. nec non in addit. num. 121. Attamen Inclytus Nomotheta laudatus, tit. XXIII. L. 9. sub rubrica: Wie gegen den Erbleuthen auf dem Land verzogener Bezahlung halber gehandelt werden möge r. & vers. da sie aber solches nicht thäten r. Dominis emphyteuticis, suæ

suæ Superioritati subiectis, talem jurisdictionem restrictam & limitatam, exercendam concessit in emphyteutas suos extra urbem, ita ut possint in casu haud soluti canonis & præstationis conventæ, non tantummodo sine judiciali auctoritate pignora ab eisdem capere, eosdemque tamdiu incarcерare, usque dum ipsis satisfactio fiat, vel etiam neglecta canonis præstatione, denunciare ipsis, ut, si debito tempore canoneum suum atque præstationes suas non offerant, sua emphyteusi excidere debeant, quod si hisce monitionibus Domini, ab eisdem non est obtemperatum, elapsō triennio jus emphyteuticum eorundem amissum declarare. *Reformat. Noric. tit. 23. L. 9.*

*¶ So aber der Eigenherz ic. Præter hosce & supra recentitos actus, nostræ jurisdictioni restrictæ, intra suos limites prædiorum emphyteuticorum exercendæ ex observantia adhærentes, Dominis emphyteuticis jus quoque competit, prohibendi, ne eorundem emphyteutæ se se in alterius tutelam & protectionem dedant, sic secus inter mensem à tempore iussus Domini, emphyteutæ, propriis sumtibus se hac protectione abdicare, vel vendere præedium tenentur, nisi ipso jure & sine ulla causæ cognitio-ne prædii amissionem incurriere velint. *Reformat. Noric. tit. XXIII. L. 16.* ast Domini, omnes controversias & causas ad suam jurisdictionem spectantes, vel secundum ordinem processus usitatum ipsi decidant, vel decidi current. arg. *tit. I. L. 3. & 5. Reform. Noric.* Sicuti etiam in casu non soluti vel præstiti canonis, ipsis permittitur, in judicio Provinciali Norico, in dem Land und Bauren Gericht, executionem impetrare, atque sibi meti ipsi etiam eo modo consulere. *tit. 23. L. 9. vers. es mag auch ic. imo etiam alienatione, oppignoratione vel hypothecatione, atque permutatione prædii emphyteutici fine eorundem consensu se-**

cuta, caducitate ejusdem utuntur, hocque statim sibi plene vindicant, & contra detentores prædii eo modo alienati, sub exteris Praefecturis atque ditionibus domiciliatos, secundum ordinem executionis in tali casu præscriptum, sub juvamine laudati judicii Provincialis Patrii ex Decreto Illustris Senatus d. 19. Julii 1564. sibi prospiciunt, inio etiam nec censum, nec redditus, nec alias præstationes, vel jura, vel servitutes sine sua voluntate, ab emphyteutis aliis constitui permittunt, sin secus, ejusmodi constitutionem ipsi non modo nullam dicunt, sed etiam emphyteutas quarta parte pretii totius prædii emphyteutici mulcent, nec requisiti licet, consensum suum inviti impertunt. tit. XXIII. L. 12. vers. So ein Erbmann ic. Item vers. Es soll und mag auch kein Erbmann ic. atque vers. Und ob gleich der Erbmann ic. nec minus vi suæ jurisdictionis, si prædium emphyteuticum extra Vrbem rūstico concessum, sine expresso consensu extra prædium istud habitandi, emphyteutas cogendi facultatem habent, ut in istud prædium se recipiant, hocque ipsi possideant atque colant, aut intra certum tempus vendant. Reformat. Noric. tit. 23. L. 11. vers. Wann einer ic. pariter in casu deteriorationis eveniente, emphyteutis injungunt, ut prædium vel meliorent intra certum tempus, vel alii vendant, sin minus, elapso isto tempore, istud prædium eorundem jussu subhaftatur, ac publice ad emendum offertur, atque plus licitanti venditur, vertumtamen hanc suam potestatem, & jurisdictionem sibi à Legislatore Patriæ concessam, ubique duntaxat secundum præscriptum Juris patrii & obseruantiam exercendam habent. Hinc si in causis Jure patro tit. I. L. 3. & L. 5. vers. Es sollen alle Sachen ic. expressis, ipsi cognitionem fuscipere nolunt, suos emphyteutas & censuarios, quos extra Vrbem habent, ad nullum

lum aliud judicium plenioris discussionis causa remittere  
valent, quam duntaxat ad judicium Patriæ vel Provincia-  
le, vel Quinquevirale, a quo posteriori tamen portio-  
nem mulætæ pro observantia introducta accipiunt. Wurff-  
bain. in Differ. Jur. Civ. & Noric. in addit. num. 136. pag.  
m. 324.

## VI.

Porro Dominus emphyteuseos Germaniæ, pro effe-  
ctu (IVto) jurisdictionis suæ exigit laudemium, non tan-  
tummodo majus, sed etiam minus, sive sportulas pro  
expeditione literarum investiturae solvendas, die kleine Le-  
hen Wahr oder Schreib Schilling. Knichen. part. 2. de vestit.  
paßt. cap. 4. n. 188. Frantz. de laudem. cap. 3. & cap. 4. n. II.  
& 12. 13. 43. & 44. & Schilt. de bon. laudemial. §. 8. Si-  
quidem ejusmodi laudemium minus omnibus Dominis  
feudalibus, vel eorundem Officialibus debetur, pro opera  
& labore suo, quem habent in investitura feudali. Schilter.  
cit. loc. Beier. ad Schnobel. Diff. feud. V. th. 29. Struv. in S.  
F. c. X. aph. 12. Horn. in jur. spr. feud. Longob. cap. 17. §. 21.  
Ast majus laudemium Domini non accipiunt secundum  
determinationem juris civilis, ubi quantitas laudemii  
quingesima pars pretii, seu de singulis quinquaginta u-  
nus erat, sed secundum determinationem juris Germa-  
nici hodierni, quod pro locorum varietate ita variat, ut  
laudemium alibi vigesima pars pretii, sive de singulis  
centenis quinque floreni, alibi decima pars, alibi duode-  
cima, alibi etiam sexta pendatur. Frantz. de laudem. cap. 23.  
n. 13. 14. & seq. sed de jure Norico decima quinta pars  
pretii præstatur. tit. XXIII. L. 13. ver. Und so der Eigenherz. 2.  
ibi: Doch daß der Käuffer den fünfzehenden Pfennig, Pfund  
oder Gulden, nach Anzahl der Käuff Summa, zum Hand-  
lohn entrichte und bezahle ic, idque de prædiis emphyteu-  
tjicis

ticis extra Vrbem sitis intelligendum est, non autem de prædiis emphyteuticis intra Vrbem constitutis. Reform. Noric. tit. XXII. L. 5. vers. Doch also ic. in fin. sicuti etiam in prædiis emphyteuticis extra urbem sitis nullum laudemium tunc solvitur, si vel pactis, vel observantia antiqua aliud extat receptum. tit. XXIII. Reform. Noric. L. 13. vers. Es wäre dann ic. quemadmodum nec liberi, nec ascendentes, secundum laudatum jus patrium ver. Wann dann ic. laudemium solvunt, si in hos ipsos alienatio prædii emphyteutici facta fuerit, nisi in casu SCti d. 19. Maii 1619. quando inter descendentes plures, minor natu annum decimum quartum attigit, & liberi unum ex se se Domino ut emphyteutam offerunt, tunc solūmodo hunc Dominus, pro sua portione sine laudemio, ast pro reliquo rum descendentium portionibus, sub laudemii præstatio ne, investire tenetur, in verbis: Und der Eigen-Herr ihnen zusammen zu leihen schuldig seyn soll, bis das jüngste unter ihnen 14. Jahre erreicht, und daß alsdann sie sich bey dem Eigen-Herrn anzumelden, und ihm einen aus ihnen zum Erbmann vorzuschlagen, welchen der Eigen-Herr ohne Hand-Lohn, soviel seinem des Erbmanns Anteil betrifft, leihen, hingegen aber gedachter Erbmann von denen übrigen Theilen das Hand-Lohn bezahlen solle.

## VII.

Effectus jurisdictionis nostræ (V.) est quoque jus certo tempore ab emphyteuta exigendi Gallinam, ein Fastnacht-Pfingst-oder Herbst-Huhn zu fodern, siquidem gallina præsumtive pro signo jurisdictionis habetur, adeo, ut cui competit signatum, eidem quoque competere signum in tesseram signati necesse sit. arg. L. stigmata, 3. C. de fabricens. ibique Bartol. Frideric. Hufan. de homin. propr. cap. VI. n. 64. Wehner. obs. pract. voce: Fastnacht-Hühner. B. Linck.

B. Linck. *de Vogt. cap. IV. §. 9.* utut enim commune proverbium circumferatur hoc: Die Henne trägt das Handlohn mit sich auf dem Schwanz, ceu refert Dietherr. *in not. ad Besold. Thesaur. Prætz. voce:* Handlohn, hincque gallina ea solummodo istius laudemii & quidem majoris indicum sit, attamen nec hoc nostro aserto quicquam detrahit, quia partim istud proverbium fallax esse putatur cit. Dietherr. partim etiam emphyteusis hodierna, jurisdictionem hanc nostram annexam habens, laudemii præstationem pariter involvit, atque hinc eadem gallina arquit quoque jurisdictionem, hodiernæ emphyteusi plerumque adhaerentem, per superius adducta, sicuti autem de jure Civili emphyteusi nulla jurisdictione est annexa, ita quoque gallinae præstatio eidem juri ignota atque incognita habetur, quod tamen plerumque hodie secus censemur. Mev. *confil. 3. n. 14.* neque porro adversatur, quod ejusmodi gallina quandoque alio singulari vel donationis, vel decimationis titulo, singulis annis præstari soleat. Reform. Noric. *tit. 23. Leg. 4. versic.* Aine ewige Hennen *z.* Cothmann. *vol. 1. confil. 40. n. 33. & 34.* siquidem hisce in casibus satis constat, quod gallina ista non in signum jurisdictionis, sed alium plane ob finem præstetur, & dehinc pro effectu jurisdictionis minime aestimari debeat, alter tamen judicandum est de ejusdem præstatione, si ille, qui talem exhibet, ejus, cui præstat, jurisdictioni aliquin addictus est & habetur, quo casu, cum ejusmodi gallinæ exactio alia adminicula jurisdictionis existentis concurrentia habeat, non potest non pro effectu jurisdictionis istius reputari. Köppen. *decif. 48. n. 23. & 24.* Cothmann. *confil. 40. n. 33. & 34.* Wehner. *prætz obs. voce:* Faschnacht-Hüner. Mev. *confil. 3. n. 14.* Ziegler. *ad Aur. Prax. Calvol. §. Nobiles. concl. 1. n. 18 I.*

G

VIII. Cir-

## VIII.

Circa (VII) effectum præsentis jurisdictionis, quod ad ejusdem terminos & limites disquirendum venit, num hi ita stricte sint capiendi, ut saltem contineant locum circumseptum, ubi habitant emphyteutæ aut censi? an vero agri ad prædium pertinentes quoque huc spectent? Ob diese Gerichtsbarkeit sich nur erstrecke über den Hoff, wo die Hintersassen wohnen, oder auch über die Acker, so denen selben zuständig? Sane distinguendum putant alii inter loca contigua, eisdem limitibus inclusa, in quibus emphyteuta domicilium habet, & inter loca separata, illa quod attinet, e. g. si hortos ædibus contiguos, & ab aliorum vicinorum agris separatos habet, hos utique sub ea jurisdictione comprehendi autumant, quia hujusmodi loca sine dubio pro parte prædii habentur, cum nihil interveniat, quod à prædio principali eadem separari posset, dum non extra limites id factum dici queat, quicquid in tali loco separato accidit, siveque heic omnino regula sibi vindicet locum, quod connexa sive conjuncta habeantur pro unitis, & adhærentia vel unita sint cum his, quibus accedunt, ejusdem conditionis. arg. cap. 42. de Reg. jur. in 6. L. 17. vers. plane si quid connexum. ff. de neg. gest. Jacob. Menoch. de A. J. Q. Lib. 2. cas. 95. n. 5. & 9. quod autem loca plane separata concernit, ab aliorum rusticorum agris non distincta, ad haec ipsa jurisdictionem nostram restrictam non extendi censem: Wann des Unterthanen Acker und Feld auf den andern Acker unabgesondert lieget, hinc jurisdictionem universalem ibidem fundatam esse existimant, quia cum aliis subditorum agris permixtim & in publicis quasi locis sita sunt prædia. B. Stryk. Dissert. de jurisdic. circumsept. cap. 4. num. 9. & 10. Verum

540.

Verum enim vero nos huic assertioni non possumus ita simpliciter adstipulari, sed inspicendum utique arbitramur, num causa, quæ judiciali cognitioni subjicienda occurrit, concernat prædia ad emphyteutæ mansum emphyteuticum, zum Eigen-Gut und Bauren-Hoff, spectantia, quo casu cognitionem & jurisdictionem Domini emphyteutici esse verius judicamus, quia tales agri, licet non sint contigui, sed separatim & alibi siti, tamen sunt hujus Domini proprii, hincque pro accessorio totius prædii emphyteutici reputantur, atque principalis natu ram quoad ipsam etiam jurisdictionem imitari censeruntur.  
*cap. accessorium. 42. de R. J. in 6. Carpzov. J. P. F. part. 2. conf. 46. def. 32. n. 2.* Quod si vero causæ occurrentes ita comparatae sunt, ut afficiant non fundos, sed personam delinquentis in ejusmodi agris extraneam, & non emphyteutam ejusque domesticos, cognitione sine dubio ad universalem jurisdictionem pertinet. Ertel. *de jurisdic.*  
*infer. part. 1. cap. 22. obs. 3.* Quia in illam personam limite restrictæ jurisdictionis non circumseptam, Dominus emphyteuticus nullam jurisdictionem habet, utpote ad ejusdem emphyteusin haud pertinent, zu seinem Lehnshof und vier Pfählen nicht gehörig. arg. *L. fin. ff. de jurisd. Leipold. de concurr. jurisd. quæst. 13. circ. fin.*

*IX.*

In concurrentia tamen jurisdictionis Vogteicæ omnimodæ, sive der Herrschaft über Feld und Straßen, vel jurisdictionis in locis & negotiis Communitatis seu Universitatis, Dominus nostræ particularis & limitatae, sive restrictæ Vogteicæ, der kleinen Vogteylichkeit auf den Lehen und Hintersassen, und dero selben Hoffreith, debet se stri-

G 2

cte

Atque & intra limites suos continere, nec se immiscere causis jurisdictionis Vogteicæ in universum competentis, sive omnimodæ, über Feld und Straffen, nec causis & negotiis Communilitatis vel Vniverstatis. Leipold. de concurr. jurisdict. in Imp. Rom. German. quæst. 11. & quæst. 13. p. m. 525. & 534. siquidem illa respicit generatum omnes causas civiles & criminales, nec corpus nec vitam concernentes. Wehner. thes. pract. voce: Vogthen. Lincke de Vogteiacap. III. n. 12. & 13. & cap. IV. n. 2. & seqq. hæc autem jurisdictione Communilitatis non universaliter capitatur, sed in locis & negotiis Vniverstatis duntaxat exercetur, nec usum rerum communium excedit, so sich zu tråget in gemeinen Nutzen, Wiesen, Höltzern, Fischbachen, Weihern uñ gemeinen Plätzen, da man auf solche Wind-Mühlen und andere Gebäude zu sehen sucht, ad utriusque hujus jurisdictionis causas præsens nostra jurisdictione sese non porrigit. arg. L. fin. ff. de jurisdict. Wehner. observ. pract. voc. Vogthey. n. 35. p. m. 487. 488. & 489. Leipold. de concurr. jurisdict. in Imp. Rom. Germ. qu. 13. in fin. Quanquam non sine adprobatione addat cit. loc. Wehnerus: In etlichen Orten zeucht man mehr Halle und Sachen in die Dorffs. Herrschafft, in etlichen weniger, und muß man aufs Herkommen sehen ic. quia hæc observantia cum primis jurisdictionem hodiernam regulat atque determinat. Knichen. de jur. territ. cap. 4. n. 412. Leipold. de concurr. jurisdict. qu. 12. in fin. Wehner. obs. pract. voce: Vogthen. post n. 37. p. m. 488. ibi: Doch lieget auch viel an Herkemmen, wie es einer in langen Besitz herbracht hat, denn es nicht überall gleich gehalten wird. Hinc etiam est, quod ex simili observantia loci, longo usu inducta, possit Domino emphyteuseos unum vel alterum jus etiam quæsitum esse in pago vel villa, ut jus protectionis encæniorum, potissimum si capona est prædium

prædium emphyteuticum, ejusdem dominio feudali subiectum, wann die Erbschente und Wirthschaffts: Ge rechtigkeit auf dem Eigenguth rechtlich hergebracht. Wehner. obſ. pract. voce: Bogthen. poſt n. 37. p. m. 488. ibi: Wenn et wann eine Herrſchafft allein den Kirchen-Schutz und seinen Wein fürzulegen allen Einwohnern ic. Klock. de Aerar. Lib. 2. cap. 100. n. 3. unde Dominus emphyteuseos ſimul jurisdictionem in res communes quaſitam habere potest, daß er zugleich Gemeind-Herz ſey, potiſſimum ſi tota villa, vel pagus ex ejusdem emphyteuticis praediis conſtat. Wehner. obſerv. pract. voce: Bogthen. n. 32. & 35. Wofern jemand durch Rechts-verjährte Zeit geruhiglich, und ja mit Recht, nicht ein mehrers hergebracht und eingeführet, darben denn neben andern alten Herkommen, Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten ein jeder zu ſchirmen und zu handhaben. Gail. de pignor. obſerv. 8. num. 12. & obſerv. 10. num. 7. Leipold de concurrent. jurisdicſ. in Imper. Roman. German. qu. 12. in fin. Haec pro Specimine quodam Academico, de hac præfenti jurisdictione, adducta ſufſciant.

D. S. G. et L. S.



GENE.

GENERALIS  
ATQUE ORNATISSIMO  
DOMINO  
CHRISTOPHORO THEOPHILO DILHERRO  
A THVMENBERG  
S. ET O.  
P R A E S S E S.

**V**Isum Tibi fuit, Generoso DILHERRE, præsens Thema de Jurisdicione emphyteusi Germaniae annexa, ventilationi subjecere Eruditorum publicæ. Tibi honorificum & mibi omnino gratum existit, electum à Te esse bocce Disputationis argumentum, quo testaris, Te magis solicitari cognitione rerum Patriæ, quam exterarum, huic persæpe parum profutuarum. Sicuti autem non Studiorum tantum, sed & virtutum & honestorum morum, quibus Te natum novi, amantisimus, nec minus Scholarum nostrarum sedulus affectator fuisti; ita sinistre haud interpretaberis, quod pro ea, quam mecum coluisti amicitia, Tibi nunc industriam Tuam publico bocce Specimine Academico exercenti & prodenti, publice gratuler. Hoc enim Tui amoris in me integritas meretur, & meus in Te affectus reciprocus efflagitat. Deus T. O. M. Tua studia in posterum quam clementissime porro prospiceret, & profectio-nes Tuae animo conceptas ita secundet, ut omnia Tua instituta vergant in certissimam Perillustris Patriæ Reipublica salutem, perquam Generosi Tui Genitoris, cui officia mea imperficiat paratissima, solatium, nec non in Familia Tuae splendide decus, propriumque Tuum commodum. Requirit mea erga Te affectio, ut quevis ad vota Tibi fluentia adprecer, hinc ego ardentium precium Tuarum apud Numen Divinum minister, adjutor, particeps ero. Vale. Dabam Altorphi A. O. R. CIO IOCC XX. Jun. XXI.

Alt-dorf, Diss., 1720-21

VD 18

ULB Halle  
005 124 794

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSERTATIO PVBLICA

DE

L 03  
5  
**JURISDICTIONE EMPHY-  
TEVSI GERMANIAE  
ANNEXA**

QVAM

JEHOVA AVXILIANTE

SVB PRAESIDIO

ON. HENRICI HILDEBRANDI

JCTI

SERENISS. DVC. PALAT. SOLISBAC.

NEC NON REIPVBL. NORIC. CONSIL.

COD. ET JVR. FEVD. PROF. PVBL.

PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI  
COLENDI

AD DIEM XXII, JVN. M DCCXX.

ERUDITORVM DISQVISITIONI

SVBJICIET

CHRISTOPHORVS THEOPHILVS DILHERR  
DE THVMENBERG.

ALTORFII,

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.